

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

No 2115c.



HAFNIENSIS
=LN 1068 ex. 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

1944



2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

T

Liu

SENTEN

Libris Hi
qui ſuper

NICOLA
Petr

His acceſſer
luſtia

Imp

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

TITI
Liuii Pata-
uini
SENTENTIOSE DICTA,

ex
Libris Hiſtoriarum eius,
qui ſuperſunt, excerpta:
ſtudio
NICOLAI KRAGII
Petreij Ripenſis.

His acceßerunt ſententiæ Sal-
luſtianæ ab eodem
adiectæ.

Hafniæ,
Impreſsit Laurentius
Benedictus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Princeps pius nunquam carebit liberis,
Totius eſt regni pater.
Princeps abundat ergo feliciſsimus
Tot liberis, quot ciuibus.

Idem.

Totum eſt vnus homo regnum, idq́; cohæret amore:
Rex caput eſt, populus cætera membra facit.
Rex quot habet ciues (dolet ergo perdere quenquam)
Tot numerat partes corporis ipſe ſui.
Exponit populus ſeſe pro Rege, putatq́;
Quilibet hunc proprij corporis eſſe caput.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

INCLYTISSIMIS,

& Illuſtriſſimæ indolis Principibus ac *Dominis:*

D. CHRISTIANO IIII.

Electo Regi Daniæ

& Noruegiæ,

DVCI

Sleſuigæ, Holſatiæ, Stormariæ *& Ditmerſiæ,*

COMITI

in Oldenburg & Delmenhorſt.

ET D. HVLDERICO,

DVCI

Sleſuigæ, Holſatiæ, Stormariæ *& Ditmerſiæ,*

COMITI

in Oldenburg & Delmenhorſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

FILIIS SERENISSIMI,
& potentiſſimi Principis ac Do-
mini, D. FRIDERICI
Secundi, Regis Daniæ,
Noruegiæ &c.

Dominis & Principibus ſuis, perpe-
tuo ſtudio fideq; obſeruandis
& colendis.

DONAT CONSECRATQVE

NIcolaus Kragius
Petreius Ripenſis.

Duo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

DVO SVNT, ILLVſtriſſimi Principes, in omnibus ſtudijs, & actionibus, quæ nobis propoſita eſſe debent, & ad quæ omnia in vita noſtra referantur: virtus ſcilicet, & eruditio. Nam hæc duo inter mortales ſumma et optima ſunt, & ex ijs, tanquam ex fontibus viuis, cuncta bona promanant. Vtraq; autem permagna inprimis ex hiſtorijs habent adiumenta. Nam cum ad eruditionem, dicendi facultas, & rerum variarum cognitio requirantur: ad virtutem regulæ, & exempla pertineant, hæc omnia in hiſtorijs abunde ſuppetunt, & ad hos vſus, quæcunq; in ijs occurrunt, referri poſſunt. Proinde nec obſcurum eſt, quod ad virtutem & eruditionem, hiſtoriæ quoq; plurimum ad-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

adferant emolumenti. Sed de ſingulis horum, quæ ad hæc duo pertinere diximus, paulo vberius dicendum videtur: vt quo pacto in hiſtorijs hæc comprehenſa ſint, ac inde eruantur atq; ad hos vſus accommodentur, intelligi poſſit.

Primum ergo ad eam eruditionis partem, quæ in orationis facultate conſiſtit, plurima hic adminicula habemus. Nam in vtraq; lingua fundamentum puræ, elegantis & copioſæ orationis, ſi in vllis ſcriptis, in hiſtorijs certe collocatum eſt. Hic enim vberrima eſt copia bonorum verborum, eorumq; præſertim, quæ in vita communi, & politica vſum habent. In his diſcere poſſumus optimas vtriuſq; linguæ phraſes & locutiones. Hic maxima ornamentorum ſeges, & amplificationum redundantia. Hic perſpicuitas & concinnitas, in toto

ora-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

orationis filo exiſtit. Nam quid dicam de integris orationibus, quæ in hiſtoricis extant? Profecto ſiue eæ ab ipſis fictæ ſunt (vti veriſimilius eſt) ſiue eo modo habitæ, tantum grauitatis, tantum eloquentiæ continent, vt eas imitari dicendo poſſe, magnæ ſit & vtilitatis & artificij. Hæc & huiuſmodi alia, quæ eloquentiæ ſunt, præſtant cum Latini, tum Græci hiſtorici veteres: vt docti omnes teſtantur, & notum eſſe poteſt ijs, qui hos autores euoluunt.

Secundo, quod ad alteram eruditionis partem ſpectat, quæ continet rerum cognitionem, earum itidem hiſtoriæ admodum ſunt feraces. Nam in ijs copioſa ſupellex rerum cognitione digniſſimarum repoſita eſt. Quin tota ſcientia politica, hic quaſi in Amaltheæ cornu, redundat. Hic omnium antiquita-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

tum notitia recondita eſt. Hic theſaurus morum & conſuetudinum veterum conſeruatur. Hic omnia, apud omnes gentes, magiſtratuum genera & eorum honores, imperia, & iura declarantur. Hic varia iudicia, legum monumenta, conſilia, deliberationes, & alia quæ ad iuris ſcientiam & Reipublicæ gubernationem faciunt, exponuntur. Hic egregia veterum inſtituta in præmijs honorum deſcribuntur, vt in triumphis, ouationibus, coronis, ſtatuis, ſupplicationibus, arcubus, laudationibus, inſcriptionibus, & alijs huiuſcemodi. Hic percipimus quibus pœnarum generibus ſcelera vindicauerint, quod multæ pecuniariæ ius, quæ carcerum & vinculorum genera, qui ignominiæ ritus, quæ exilij cauſæ & ſpecies, quot modis mors irrogata. Denicꝫ vt breuiter contraham, obſeruare hic poſſumus,

mus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

mus, quomodo ciuitates fuerint conſtitutæ, quomodo in partes diſtributæ, quo pacto prouinciæ ordinatæ, quo iure coloniæ & municipia facta, qua ratione vectigalia inſtituta, & ſtipendia impoſita, quo iure bella indicta, geſta, & finita, qua religione fœdera facta & confirmata, & infinita alia, quæ bello & pace maximi ſunt momenti: quibus omnibus hiſtoriæ veteres vbiq; ſunt refertæ. Et in ijs reuera magna eruditæ doctrinæ pars ponenda eſt. Ideo multi doctiſſimi viri, in hoc antiquitatum ſtudio, totam ætatem contriuerunt, & magnam laudem eruditionis adepti ſunt. Verum hæc de eruditione, quæ ad dicendi facultatem, & rerum ſcientiam ex hiſtorijs peti poteſt.

Tertio quod ad regulas, quas priore loco ad virtutem diximus conſiderandas, ſpectat: etiam eas hiſto-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

hiſtoriæ magna copia ſuggerunt. Nam quotieſcunque graues viri introducuntur loquentes, quod haud raro fit, ſtatim, vt maius verbis pondus inſit, grauitate alicuius ſententiæ verba ſua communiunt. Eſt etiam haud infrequens, vbi ipſi hiſtoriarum autores, ex commemoratis rebus dicta de moribus & euentibus extruunt & quaſi concludunt. Et vbique fere in hiſce ſcriptis, talia dicta de expetendis, & fugiendis, & varijs euentibus proponuntur, vt in duobus hiſtoricis a me hic affatim demonſtratum eſſe arbitror. Nec exigua eſt earum vtilitas, ſed magnam vim in primis & efficatiam habent, ad commouendos & impellendos animos. Nam tales fere ſunt, vt naturale iudicium cum ijs conſentiat, & quaſi leges ſunt naturales. Deinde in ijs verborum grauitas grata eſt, & quod

rotun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

rotunde ac argute exponuntur. Deniq; & ipſa breuitate commendantur, qua & facile memoria percipi, & oblata occaſione iterum laudari & allegari poſſunt. Poſtremo & eo delectant nos, quia quod ſentimus ipſi, idem alios prius ſenſiſſe, ex ijſdem deprehendimus. Vnde & ſententiæ dicuntur, videlicet, quod omnes ita ſentiant, vel potius, ſentire debeant.

Quarto ad exempla quod attinet, quæ poſteriore loco in virtutis inſtitutione collocauimus, ea quanta copia in hiſtorijs exiſtant, haud in promptu eſt paucis explicare. Nulla enim virtus, nulla honeſta & laudabilis actio exiſtere poteſt, cuius non exemplum hiſtoricum inuenias. Deniq; tota hiſtoria in hunc præcipue vſum comparata eſt, vt exempla vetuſtatis repræſentaret. Non enim poteſt

eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

eſſe vllus ſtimulus, qui fortius pungat, quam rerum ab alijs geſtarum memoria. Nam quo quiſq; maiore eſt indole, eo magis, cum aliorum facta & dicta percipit, ad animum admittit ,& acriore contentione ea æmulatur. Ita Alexandrum magnum laudata Achillis Homerici virtus, Scipionem Africanum Cyri gloria, Iulium Cæſarem Alexandri commendatio excitauit. Nec dubium eſt, quin eodem modo auus veſter, illuſtriſſimi Principes, ſacroſanctæ & æternæ memoriæ, Chriſtianus III. parenti veſtro immortalitate digniſſimo, Friderico II. exemplo præiens, ad multas heroicas illas virtutes exuſcitarit. Et vobis ipſis, vtriusq; exemplum exiſtimabitis in tota vita, ad imitandum eſſe propoſitum. Hanc deniq; ob cauſam, principibus & nobilibus viris, inſignia gentili-

tia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

tia ſunt, vt memores eorum, qui virtute ſibi ea pepererant, vijs ijſdem ad gloriam ſibi inſiſtendum ſtatuerent. Et iam qua ratione ex ſententijs & exemplis virtus etiam inſtituatur, intelligi quodammodo poteſt. Hæc itaqꝫ omnia cum in hiſtorijs obſeruantur, & ita ad has quatuor partes referuntur, tum vero ex ijs operæ fructum percipimus, & intelligimus quantum & ad eruditionem, & virtutem, hiſtoriæ conducunt. Et ſunt hæc, quæ explicauimus, re & verbis pauca, ſed vſus certe latiſſime patet, vt hic quam ſimplicisſime mõſtraui.

Proinde hic libellus quo pertineat, & quid contineat, iam perſpicuum eſſe puto: videlicet, quod comprehendat eam virtutis inſtitutionem, quæ ſententijs conſtat. Et huius laboris eo minus me pœnitet, quod in conſimili ſtudio multos

tos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

tos præclaros viros verſatos eſſe ſciam. Quia autem eas ſoluta oratione ſcriptas, & ex hiſtorico colligere animus fuit, non potui id ex præſtantiore quoquam facere, quam ex Liuio. De quo, vt Salluſtium hoc loco prætercam, hic id in vniuerſum ſaltem hoc tempore dicam, quod ipſe Salluſtius extulit de Carthagine: melius eſſe ſilere, quam parum dicere. Et quidem ſi extaret alicubi integer Liuius, vt Eraſmus integrum eum eſſe, etiam ſperabat apud Danos, eſſet id nobis magni theſauri inſtar æſtimandum: Et ego peculiariter pro me, id auro contra carum haberem. Verum id ita eſſe, parum eſt ſpei: ſed metuendum magis, ne ſceleratis vel indoctis manibus, ſi vnquam hic extitit, diſcerptus ſit.

Cæte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Cæterum vobis, illuſtriſſimi Principes, hunc qualemcunq; tandẽ libellum, dono conſecroq;, & quoquo id fieri queat modo, vobis vt commodare poſſit & placeat opto. Nam mihi nihil antiquius eſt, nec cuiquam eſſe debet, cui patria cara eſt, quam vt omnibus cũ votis, tum ſtudijs noſtris, veſtræ inſtitutioni, quam optime conſultum eſſe velimus. Quare & Deum omnis boni fontem vberrimum, & largitorem opulentiſſimum, toto pectore oro, vt veſtra pueritia ipſius benignitate adoleſcere & inſtitui poſſit in virtute & eruditione. Ita enim futurum ſperamus, vt bene poſthac ſit apud nos eccleſiæ Dei, ſicut hucuſq; fuit: vtq; iuſtitia ac pax, optima bona, patriam noſtram bene iam florentem, poſthac incolumem tueantur, Amen. Valete illuſtriſſimi Principes ac Domini mei.

Daba-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Dabatur Hafniæ, calendis Ianuarij, quo die inchoamus annum a nato Chriſto CIↃ IↃ LXXXII. qui vt fauſtus & auſpicatus ſit, illuſtriſſimis parentibus veſtris, vobis, & toti Regiæ Domui, deuote precor.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

r Hafniæ, calendis I
ie inchoamus annum
o CIↃ IↃ LXXXII
us & auſpicatus ſi
parentibus veſtris, vo
egiæ Domui, devo

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri Primi.

HOC illud eſt præcipuè in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri: Inde tibi tuæq; Reipublicæ, quod imitêre capias: Inde fœdum inceptu: fœdum exitu quod vites.

QVantò rerum minus, tantò minus cupiditatis eſt.

DIuitiæ auaritiam, & abundantes voluptates deſiderium, per luxum atq; libidinem pereundi perdendiq; omnia inuexêre.

QVErelæ ne tum quidem gratæ, quando neceſſariæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

INuidia vulgi, vanum ingenium corrumpit.

EVenit facilè, quod dijs cordi eſt.

DImicatio maior & periculoſior eſt, cum proditione & perfidia ſociorum, quàm cum hoſtibus.

QVI ſis, non vnde natus ſis, reputa.

INuidia regni, etiam inter domeſticos, infida omnia atq; infeſta facit.

MAlum malo aptiſsimum.

MAlo regni principio, ſimiles exitus ſequntur.

NVlla breuior cognitio, quàm inter patrem & filium, paucíſq; verbis tranſigi poteſt.

LArgitionis, prædæq; & priuati dulcedine commodi, ſenſus malorum publicorum adimuntur.

NIhil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NIhil ſalui eſt mulieri, amiſſa pudicitia.

MEns peccat, non corpus.

VBi conſilium abeſt, culpa abeſt.

QVAcunq; incedit armata multitudo, pauorem ac tumultum facit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

PIgnora coniugum ac liberorum, caritasq; ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos hominum conſociat.

DIſſipantur res nondum adultæ diſcordia, quas fouet tranquilla moderatio imperij.

PEriculoſum eſt, in tot humanis erroribus, ſola innocentia viuere.

MVtabiles vulgi animi.

NVlla adeò ſpectata virtus, vt non ſuſpicione violari queat.

SAtis per ſe libertas habet dulcedinis.

REgnum, res, inter Deos & homines, pulcerrima.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

VIle corpus eſt ijs, qui magnam gloriam petunt.

ÆTas impuberum apud hoſtes, maximè oportuna iniuriæ eſt.

INuidiam ſua ſponte gliſcentem, inſignis calamitas accendit.

NVllo loco deeſt ſeditionis voluntarius comes.

COncitatos animos flecti, quàm frangi tum tutius, tum facilius eſt.

FActio & reſpectus rerum priuatarum, ſemper offecêre, officientq́ publicis conſilijs.

IMperium vehemens, manſueto permittatur ingenio.

NVlla ſcelere religio exoluitur.

EXternus timor, maximum concordiæ vinculum, quamuis ſuſpectos, infenſoſq́, inter ſe iungit animos.

EXcellentibus ingenijs citius de-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

eſt ars, qua ciuem regant, quàm qua hoſtem ſuperent.

ÆTernæ opes multornm eſſe poſſent, niſi inter ſe ſeditionibus ſæuirent. Id vnum venenum, ea labes ciuitatibus opulentis reperta, vt magna imperia mortalia eſſent.

DIes tempusq́; lenit iras, ſanitatemq́; animis adfert.

NOuum ſeditionis genus, ſilentium ociumq́; inter armatos.

SPreta in tempore gloria, interdum cumulatior redit.

ÆQuum eſt habere eos, quorum ſanguine & ſudore partum aliquid eſt.

NImia gloria luxuriat & euaneſcit, viuidum ingenium.

EX copia otioq́;, laſciuiunt animi.

PArùm tuta maieſtas, ſine viribus eſt.

OMnis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

OMnis vis imperij, in conſenſu obedientinm eſt.

NIhil præter tempus, rixæ lucrantur.

LAudibus haud minùs, quàm præmio, gaudent militum animi.

PAucitas damno ſentiendo propior eſt.

FAcit faſtidium copia.

COnſcientia contracti culpa periculi, & deſperatio futuræ ſibi poſtea fidei, vltima audere & experiri cogit.

SPonte ſua infidi, facilè ab alienantur.

SEcundæ res belli, extemplò vrbanos motus excitant.

QVod offendit in iuuene, feruorem & audaciam ætas quotidiè aufert: at quod deſideratur conſilium, id indies creſcit.

SEneſcentibus vitijs, matureſcente virtute, ſinendum magnum virum in ciuitate ſenem fieri.

NON

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NON poteſt pauida & conſternata multitudo regi imperio.

SVſpicari de præterito, quàm reipſa experiri, eſt melius.

LEuius, vaniuſq; profectò eſt, ſua decreta & conſulta tollere, quàm aliorum.

EX metu alieno creſcit audacia.

QVid quæq; nox, aut dies ferat, incertum eſt.

PVncto ſæpe temporis, maximarum rerum momenta vertuntur.

NON in occidione victoria ponenda.

IMperio meliori animus manſuetè obediens erit.

PLus pollent multorum ingenia conſiliaq;.

MEtus eſt, ne magni poſſeßio imperij, vacuo relicto loco, haud ſatis dignis pateat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

PRofectò haud gratuita, in magna ſuperbia comitas.

PRopalàm obuiam ire cupiditati parum auſi: obſecundando mollire impetum aggredientur.

HOminum non cauſarum toti ſunt, apud quos gratia vim æqui habet.

AVidè ruendo ad libertatem, in ſeruitutem elabimur.

TAntum ab iniuria abſumus, quantum ab cœtu congreſſuq; impotentium dominorum nos amouemus.

FErocior dolor in libertate ſua vindicanda, quàm cupiditas in iniuſta dominatione retinenda.

EX magno certamine, magnæ iræ excitantur.

IN turbido minus perſpicuum fit, quid agatur.

NEmo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NEmo maiore cura occupatis animis, verum poteſt præiudicium magnæ rei afferre.

ITA firmum in lege liberati præſidium, ſi nec cauſis, nec perſonis variet.

PLacidum quoq; ingenium, atrox iniuria accendit.

IMprobum conſilium ſerum eſſe debuit.

MVliebris dolor, quò eſt mœſtior imbecillo animo, eò miſerabiliora magis querentibus ſubijcit.

QVò impunitior libido, eò fit effrenatior.

ALiena calamitate documentum datur cauendæ ſimilis iniuriæ.

IN perturbata Republica, non eſt vtile eos præeſſe, qui proximi inuidiæ ſunt.

DVlce-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

DVlcedine ſemel capti, non ferunt deſiderium.

IRÆ magis ignoſcendum, quàm indulgendum.

SAtis ſuperq́; humilis eſt, qui iure æquo in ciuitate viuit, nec inferendo iniuriam, nec patiendo.

DII ſunt, nec humana negligunt, & ſuperbiæ crudelitatiq́; etſi ſeræ, non leues tamen veniunt pœnæ.

COlendæ religiones piè magis, quam magnificè.

VIrtute libertas recuperatur.

CLementia concordia ordinum ſtabiliri poteſt.

TVrpe eſt, contra ciues plus animi habere, quàm contra hoſtes: & domi, quam foris, ſeruitutem magis timere.

ITA demum libera ciuitas, ita leges

leges æquatæ, ſi ſua quiſq; iura ordo, ſuam maieſtatem teneat.

VRbano otio foris omnia tranquilla ſunt: per diſcordias ciuiles externi tollunt animos.

MOderatio tuendæ libertatis, dum æquari velle ſimulando, ita ſe quiſq; extollit vt deprimat alium, in difficili eſt: cauendoq́; ne metuant homines, metuendos vltrò ſe efficiunt: & iniuriam a nobis repulſam, tanquam aut facere aut pati neceſſe ſit, iniungimus alijs.

OCcæcatos lupos inteſtina rabie, opprimendi occaſio eſt.

VEnenum ciuitatis, ordinum diſcordia.

NAtura hoc ita comparatum eſt, vt qui apud multitudinem ſua cauſa loquitur, gratior eo ſit, cuius mens

nihil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

nihil præter publicum commodum videt.

QVI in concordia ordinum nullos ſe vſquam eſſe vident, malæ rei ſe quam nullius, turbarum ac ſeditionum duces eſſe volunt.

ETiamſi fas ſit curam emolumenti ſui iudici eſſe: tamen nequaquam tantum intercipiendo acquiritur, quantum amittitur alienandis iniuria ſociorum animis.

FAmæ ac fidei damna maiora ſunt, quàm quæ æſtimari poſſint.

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri Quarti.

INfelix bellum, ignominioſa pace præferendum.

CVius rei præmium in ciuitate eſt, ea maximis ſemper auctibus creſcit. ſic pace boni, ſic bello fiunt.

POtiùs ſerò, quàm nunquam, obuiam eundum audaciæ, temeritatiq;.

DVM nullum faſtiditur genus, in quo eniteret virtus, creuit imperium Romanum.

ALij animi in contentione libertatis dignitatiſq;, alij ſecundum depoſita certamina incorrupto iudicio ſunt.

FActoiues fuêre, eruntq; pluribus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

bus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames, morbiue, quæq; in Deum iras, velut vltima publicorum malorum vertunt.

VIctis conditiones accipiendæ, non ferendæ.

HVmanus animus inſatiabilis eo, quod fortuna ſpondet.

MAxima libertatis cuſtodia, ſi magna imperia diuturna non ſint: & temporis modus ijs imponatur, quibus iuris imponi non poteſt.

CAuſa potius ignominiæ intuenda, quam ignominia.

NEceßitas vltimum ac maximùm telum.

PLurium imperium bello inutile.

TEndendo ad ſua quisq; conſilia, cum aliud alij videtur, aperiunt ad occaſionem locum hoſti.

INcre-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

INcrepandi, qui animos ex leuibus fortunæ mementis ſuſpenſos gerunt.

EO impenditur labor & periculum, unde emolumentum atq; honos ſperatur.

NIhil non aggreßuri homines, ſi magna conatis, magna præmia proponantur.

MAgni animi, magnis honoribus fiunt.

NIhil eſt cur non lex abrogetur, qua id liceat, quod nunquã futurum eſt.

FOrtuna ſæpe uirtutem eſt ſecuta.

SEnatui non tanti ciuis, aut quiſquam alius eße debet, ut parcendo uni, malum publicum fiat.

TRanſit ex re bene geſta, ſuperbia & negligentia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NVllus bonus ciuis, ſecernit ſua a publicis conſilia.

GRatia atq; honos, oportuniora interdum non cupientibus ſunt.

NVlla non virtute, ſuperatur humanarum virium modus.

SEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri Quinti.

❧

DOnum inimicorum veneno illitum.

NVſquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum fermè ſine impenſa opera eſt.

LAbor voluptasq́; diſsimilia natura, ſocietate quadam naturali inter ſe ſunt iuncta.

AD diſciplinam militiæ plurimum intereſt, inſueſcere militem non ſolúm parta victoria frui: ſed ſi res etiam lentior ſit, pati tædium, & quamuis ſeræ rei exitum expectare.

NVnquam dij admouere nocentibus manus: ſatis eſt, ſi occaſione vlciſcendi læſos arment.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

TAcendo quæ dij immortales vulgari volunt, haud minùs, quàm celanda effando, nefas contrahitur.

VNde conſilium ſuper magna re non petitur, auxilium peti non debet.

DIſcordiæ inteſtinæ metu communi miteſcunt.

ARma habenda non aduerſus eam ætatem, cui etiam captis vrbibus parcitur, ſed aduerſus armatos.

MVltitudo ſemper ferè regenti eſt ſimilis.

OMnia fortium virorum ſunt.

OCcæcat animos hominum fortuna, vbi vim ſuam ingruentem refringi non vult..

ASſueti malis, abalienant a ſenſu rerum ſuarum animos.

RES ac periculum commune cogit, quod quiſq; poſsit in re trepida præſidij, in medium conferre. BE-

BEneficia non exprobranda apud memores ſunt.

SVperatis humanis malis omnibus, famem vnam natura vinci non ſinit.

VÆ victis eſt.

OMnia proſpera eueniunt ſequentibus Deos, aduerſa ſpernentibus.

ADuerſæ res admonent religionum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri Sexti.

ADmonet deſiderium vſus.

IMperium quàm conſilium ſegnius eſt.

HOſtis perpetua materia virtutis, gloriæq́;.

MAlis conſilijs pares adipiſcimur euentus.

ÆRis alieni magna vis, res damnoſiſsima etiam diuitibus, ædificando contrahitur.

OPinio ſua cuiq́; coniectanti eſſe poteſt.

DII ſunt, qui ſecundis auibus in prælium mittunt.

IRam accendit contumelia, maximè in animo ad contumeliam inexperto.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

AVdendùm eſt aliquid vniuerſis, aut omnia ſingulis patienda.

NIhil minùs populare, quàm regnum.

MAgna decora, fœda cupiditas regni, non ſolum ingrata, ſed inuiſa etiam reddit.

NVnquam in præoccupatis beneficio animis, vero crimini eſt locus.

PRiuato periculo publicum implicitum eſt.

CVM corporibus, vigent & defloreſcunt animi.

FRigent & torpent ſenis conſilia.

HOſtis animos cunctando augemus.

AD caſtigandum, leuiorem authorem culpæ ſocietas facit.

EVentus ſentit, virtutis enixæ opem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

MErces ſeditionis propoſita, confeſtim ſeditionem excitat.

SÆpe plus timor, quàm ira, celeritatis habet.

PArua plerunq; ſolet, rem ingentem moliundi, cauſa interuenire.

PAruis mobilis rebus, animus muliebris.

MAlum arbitrium, quo à proximis, quiſq; minimè anteiri vult.

OCcaſio videtur rerum nouandarum, ingens vis æris alieni.

IMmodica cupido inter mortales eſt, agri, pecuniæ, & honorum.

FRrmè ſolent, qui a ſuis deſciſcunt, capti & ſtupentis animi eſſe.

MAgna dulcedo eſt, ex alienis fortunis prædandi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

PArua fermè principia omnia.

ANte omnia inuiſum, ingenium atrox.

NAturæ damnum in filio nutriendum patri, ſi quicquam humani in eo eſt, non caſtigandum, ac vexatione inſigne faciendum.

STolidè viribus ferox, haud parum timendus.

FAmæ rerum ſtandum, vbi certam derogat vetuſtas fidem.

LAudes meritæ tollunt animos, & ſimul cæteros, ad æmulandas virtutes acuunt.

VVlgus, euentum ſuum, in aliena virtute ponit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

PEctus animorum, iræq; tacitæ plenum, omnem ferociam in diſcrimen ipſum certaminis differt.

HOſtem tempus deteriorem indies, & locus alienus facit.

IIS animis corporibusq;, quorum omnis in impetu vis eſt, parua eadem langueſcit mora.

VT virtute culpa corrigatur, & aboleatur flagitij memoria noua gloria, patiendum eſt.

MVltitudo concitata, fermè autoribus ſimilis eſt.

PVblica ſtudia, præ priuatis commodis, plebs ad animum non admittit.

CVræ priuatæ, in certaminibus publicis erumpunt.

PRO ſua libertate potiùs, quàm pro alieno imperio arma ferenda.

MEtu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

MEtu terrendi, quos fides non
nuit.

AMicitia ſecundis rebus petita,
cut cœpit celerius, ita infirmiore vin-
lo contracta eſt.

QVI miſericordia conciliati,
uxilioq; in dubijs rebus defenſi ſunt,
neficium quoq; acceptum colant opor-
t, ne ingrati atq; omni ope diuina
manaq; indigni videautur.

VTilitate fides antiquor.

FActa mea, non dicta vos milites
qui volo: nec diſciplinam modò, ſed
emplum etiam à me petere.

NIhil popularius, quàm quibus
tibus petitur magiſtratus, iiſdem vt
ratur.

VEL iniquis potiùs ſtandũ, quàm
pias inter nos conſeramus manus.

PAcem, etiam qui vincere poſ-
nt, ſæpe volunt.

SEN-

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri Octaui.

MAgis ad ſummam rerum noſtrarum pertinet, quid agendum nobis, quàm quid loquendum ſit.

FAcilè erit, explicatis conſilijs, accommodare rebus verba.

TAndem libertatis deſiderium, remordet animos.

VBI pars virium, ibi & imperij pars.

ATrocitas pœnæ, obedientiorem duci militem facit.

QVI non interfuerunt pugnæ, ad credendum temerè faciliores ſunt.

CErtè id firmiſſimum longè imperium eſt, quo obedientes gaudent.

MAtu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

MAturato opus eſt, quicquid atuere placet.

NON credi poteſt, vllum popu- m, aut hominem deniq;, in ea con- tione, cuius eum pœniteat, diutius uàm neceſſe ſit manſurum.

IBI pax eſt fida, vbi voluntarij icati ſuut: neq; eo loco, vbi ſeruitu- m eſſe volumus, fides ſperanda eſt.

QVI nihil aliud, quàm de liber- ate cogitant, digni ſunt, qui Romani ant.

FErmé fugiendo, in media fata uitur.

COgitandum potiùs cum quanto tudio periculoq; reditum in amicitiam, uàm qua ſtultitia temeritateq; de fficio deceſſum.

TVmultu, etiam ſani conſter- nantur animi.

CÆci

CÆci fraude & ira, nihil re-cuſant.

AMiſſa omni de ſe poteſtate nihil vltrà, quàm vt pœniteat fruſtrà, reſtat.

QVÆ ætas formaq; miſericordiam elicere poterant, ad libidinem, & contumeliam ſæpe animum accendunt.

AVT impunitas deficientium, laſciuia ſuperbiaq;: aut bello pœnæ expetitæ, metu propinquo atq; ira, conciunt finitimos populos.

VIncit ſæpe pars, quæ in præſentia videri poteſt, maioris animi, quàm conſilij.

EVentus docet, fortes fortunam iuuare.

Diſcordia, propè ad vltimum dimicationis venitur.

INui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

INuidia, tanquam ignis, ſumma petit, in caput conſilij, in Ducem incurrit.

NON idem accuſator capitis, & iudex eſſe poteſt.

VIta eripi citiùs, quàm gloria rerum geſtarum poteſt.

IRÆ ſuæ ſpacium, & conſilio tempus dandum.

IRritatis militum animis ſubdere ignem, ac materiam ſeditioni, non eſt ætatis, non prudentiæ.

TEmperandum ingenium, & ſeueritas miſcenda comitati.

NON ira magis publica, quàm priuatum compendium, in hoſtem milites acuit.

PLus aliquando miſericordia, ad pœnæ veniam impetrandum,

quàm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

quàm cauſa ad crimen purgandum valet.]

MInimè id quidem mirum eſt, ſi impio bello, & contra fœdus ſuſcepto, infeſtioribus meritò dijs, quàm hominibus, nihil proſperè agitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Libri Noni.

IVſtum eſt bellum, quibus neceſſarium: & pia arma, quibus nulla niſi in armis, relinquitur ſpes.

REꝛum humanarum maximum momentum eſt, quàm propitijs rem, quàm aduerſis agant dijs.

MOrs pro patria præclara eſt.

EA caritas patriæ eſt, vt tam ignominia eam, quàm morte noſtra, ſi opus ſit, ſeruemus.

PAreatur neceſſitati, quam ne dij quidem ſuperant.

HOra fatalis ignominiæ adueniens, omnia triſtiora experiundo facit, quàm quæ præcepta ſunt animis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

PVdor, effugere colloquia, & cœtus hominum cogit.

SIlentium obſtinatum, fixi in terram oculi, & ſurdæ ad omnia ſolatia aures, pudor intuendæ lucis, ingentem molem irarum ex alto animo cientis, indicia ſunt.

DEfenſio delicti, non difficilis eſt, apud haud ignaros fortunarum humanarum, neceſsitatumq;.

NON indignitas rerum, ſponſionis vinculum leuat.

VAnam victoriam, vanior irritam facit pax.

SVus cuiq; animus, memor ignominiæ, adhortator adeſt.

VAniſsima gens, quæ ſuarum impotens rerum, præ domeſticis ſeditionibus diſcordijsq;, alijs modum pacis ac belli facere, æquum cenſet.

OMnia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

OMnia patienda potiùs, quàm prodenda ſalus principum.

ARmis munimenta, non munimentis arma, tuta eſſe debent.

CAſtra habent, repetuntq́;, quibus operæ eſt trahere bellum.

HOnos delatus, teſtis eſt innocentiæ.

OPortet innocentia nos, non maieſtate honoris, tutos à criminibus eſſe.

SEneſcunt dilatione, belli vires.

COnſpectu ducis, reficitur militum animus.

TIbicines, genus vini auidum.

GAudium inuidia miſcetur.

HOrridus miles eſſe debet, non cælatus auro & argento, ſed ferro & animis fretus: quippe illa præda veriùs, quàm arma ſunt, nitentia an-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

te rem, deformia inter ſanguinem & vulnera.

VIrtus eſt militis decus, & omnia alia victoriam ſequuntur.

DIues hoſtis, quamuis pauperis victoris, præmium eſt.

SEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri Decimi.

PLus paucorum opes, quàm libertas plebis poſſunt.

SEnex & perfunctus laboribus, laborumq́; præmijs, non ſolicitandus.

MOderatio acuit ſtudia hominum.

NIhil attinet leges ferri, quibus per eoſdem, qui tuliſſent, fraus fiat.

DIſcrimen ſummæ rerum, auget animos.

COnſilio graſſandum, ſi vires nihil iuuant.

PAX grauior ſeruientibus, quàm liberis bellum.

PRO virtute, ſpes gerenda.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

MInimè conſentaneum eſt, cùm bello tuo forſitan vix ſufficias, te ad opem ferendam alijs, gloriari venire.

SI clades incidit, deſertori magis, quàm deſerto, noxiæ ſit.

POtiùs ſtrenuè facere, quàm ſcitè loqui, diſcendum eſt.

NIhil concordi collegio firmius, ad Rempub: tuendam.

NOuo imperij ſocio, vix aſſueſcere animus ſenilis poteſt.

CVM moribus notis, faciliùs communicamus conſilia.

CAllidi ſolerteſq́ue, iuris atq́ue eloquentiæ conſulti, vrbi ac foro præſides habendi.

BReuis altercatio ex iracundia muliebri, in contentionem animorum exardet.

QVod certamen virtutis viros tenet:

tenet: hoc pudicitiæ inter matronas ſit.

INter militares viros, & factis potiùs quàm dictis fretos, pauca verba habeantur.

QVam arborem quis conſeruit, ſub ea legere alium fructum, indignum eſt.

DEſperatio vltima temeritatem facit.

NON infelix audacia, auget animos.

QVI nudus atq; inermis hoſtem manet, ei aut mors, aut ſeruitus patienda.

INdignum facinus eſt, contumeliam, ignominiamq́;, ab ignauiſſimo accipi hoſte.

OMnium rerum, etiam paruarum, euentus profertur indies.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

QVI quid falſi nunciat, in ſemetipſum religionem recipit.

REpugnatur ſegniter ab ijs, quos timor moratur à pugna.

QVO magis fractæ res ſunt, eò pertinaciùs & infeſtiùs agunt cætera, & perſequuntur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Lbri vigeſimi Primi.

MInimè decet iuuentutem, pro militari rudimento, aſſuefacere libidini imperatorum.

ALiquando paruus ignis, incendium ingens exuſcitat.

PLerunq; fit, vt maior pars meliorem vincat.

PRo nudata mœnibus patria, corpora opponantur.

QVI leniùs agunt, & ſegniùs incipiunt, eò cùm cœperint, perſeuerantiùs ſæuiunt.

NON id, quod amittitur, in damno, cum omnia victoris ſunt: ſed quicquid relinquitur, pro munere habendum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

VIncuntur animi, vbi alia vincuntur.

MElior procul a domo miles.

MOra atq; otium, animos ſolicitant.

NVllæ terræ cœlum contingunt, nec inexuperabiles humano generi ſunt.

QVÆ incerta ſunt, fama in maius vero ferri ſolent.

ALienis malis, vtili exemplo docemur.

REpudiati, apertè hoſtes fiunt.

INſuetis adeundi, propiùs metus eſt.

OTium ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuuie tabeq;, ſqualida & propè efferata corpora, variè mouent.

NOuo imperatori, apud nouos milites, pauca verba facienda ſunt.

DEcet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

DEcet cum fœderum ruptore duce ac populo, Deos ipſos ſine vlla humana ope, committere ac profligare bellum: Illos autem, qui ſecundum deos violati ſunt, commiſſum ac profligatum conficere.

REbus priùs quàm verbis, adhortandi milites.

SÆpe non vincentium magis, quàm bene morientium, fortuna laudatur.

QVem animum in alienæ ſortis exemplo habuimus, eundem in æſtimanda fortuna noſtra habebimus.

SÆpe & contemtus hoſtis, cruentum certamen edidit: & inclyti populi regeſq́; perleui momento victi ſunt.

MAior ſpes, maiorq́; animus, inferentis eſt vim, quàm arcentis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

ACcendit animos & ſtimulat, dolor, iniuria, indignitas.

ILlis timidis, & ignauis licet eſſe, qui receptum habent, quos ſuus ager, ſua terra, per tuta ac pacata itinera fugientes, accipient.

VT fama clementiæ in principio colligatur, nihil ſæuiendum eſt.

MVltitudo auget animum, paucitas minuit.

COntinendis in fide ſocijs, maximum vinculum eſt, primos qui coiſſent, ope defendere.

NON eſt cum ægro ſeneſcendum.

SEcundæ res, negligentiam creant.

MOtis ſemel in religionem animis, multa nunciata, temerè creduntur.

SEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri vigeſimi Secundi.

MAximè omnium vigiliæ conficiunt.

INſitam ingenio temeritatem, fortuna proſpero ſucceſſu alit.

PER medias acies ferro via fit.

QVO timoris minus ſit, eò minus fermè periculi eſt.

IN caligine maior vſus aurium, quàm oculorum.

NON quiſquam ſatis certum habet, quid aut ſperet, aut timeat.

FOEminarum præcipuè, & gaudia inſignia ſunt, & luctus.

VT in affecto corpore, quamuis leuis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

leuis cauſa magis, quàm in validο grauior, ſentitur: ita cùm ægræ & affectæ ciuitati quodcunq; aduerſi inciderit, non rerum magnitudine, ſed viribus extenuatis, quæ nihil quod aggrauat, pati poſſunt, æſtimandum eſt.

NVllo loco, niſi quantum neceſſitas cogit, fortunæ ſe committendum.

MVlti premendorum ſuperiorum arte, quæ peſſima ars nimis proſperis ſucceſſibus creſcit, ſeſe extollunt.

VNum vinculum fidei, melioribus parêre.

STultitia eſt, ſedendo aut votis debellari credere poſſe. armari copias oportet, deducendas in æquum, vt vir cum viro congrediaris.

AVdendo agendòq; res Romana creuit, non his ſenſibus conſiliíſue, quæ timidi cauta vocant. ME-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

MEdici quoq; , plus interdum quiete, quàm mouendo atq; agendo proficiunt.

HAud parua res eſt, ab multoties victore hoſte vinci deſiiſſe, & ab continuis cladibus reſpiraſſe.

CVM fortuna, mutatur fides.

TRanſfuga, ſine magnæ rei proditione veniens ad hoſtes, nihil aliud, quàm vnum vile & infame corpus eſt.

QVos metus non tenet, beneficio & gratia deuinciendi ſunt.

VVlt ſibi quiſq; credi, & habita fides, ipſam plerunq; obligat fidem.

GRaues ſuperboſq; , in rebus ſecundis expertos, fortuna & timor mitigare poteſt.

BOno imperatori, haud magni fortuna momenti eſt; mens ratioq; dominantur.

SÆuo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SÆuo tempore, & ſine ignominia ſeruaſſe exercitum, quàm multa millia hoſtium occidiſſe, ducenda maior gloria eſt.

CVM imperij iure, ars imperandi non æquatur.

TAndem deprendit fortuna temeritatem.

IS primus eſt vir, qui ipſe conſulat quid in rem ſit: ſecundus, is qui bene monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parêre ſcit, is extremi ingenij eſt.

DVM imperare diſcimus, parêre prudenti, in animum inducamus.

QVÆ conſilia magis res dant hominibus, quàm homines rebus, ea ante tempus immatura non præcipienda.

OPtandum, vt quæ cautè atq;

con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

conſultè geſta ſint, ſatis proſperè eueniant.

EVentus ſtultorum magiſter.

MEliores, prudentiores, conſtantiores, nos tempus dieſq́; facit.

ADuerſus famam rumoreſq́; hominum, ſatis firmus ſteteris: ſi te neq; vana gloria, neq; tua falſa infamia mouerit.

A Veritate laborare nimis ius ſæpe aiunt, extingui nunquam.

GLoriam qui ſpreuerit, veram habebit.

Malo te ſapiens hoſtis metuat, quàm ſtulti ciues laudent.

AGentē te ratio ducat, non fortuna.

TVÆ poteſtatis ſemper, tuaq́; omnia ſint.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NEq; occaſioni tuæ deſis, neq; ſuam occaſionem hoſti des.

OMnia non properanti clara, certaq́; erunt.

FEſtinatio improuida eſt & cæca.

Ambitio, parua indulgentia maieſtatem ſoluit.

QVò longiùs ab hoſte receditur, tranſfugia impeditiora leuibus ingenijs ſunt.

FErro atq; audacia iter fit, quamuis per confertos hoſtes.

AD conſilium prenſandum, tempus opus eſt.

NON omnia nimirum eidem Dij dedere.

AVdendum atq; agendum, non conſultandum in magno malo.

SVum quiſq; habet animum.

TImor, ignauiaq́;, ſeruitutis ignominioſæ cauſa.

SEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri vigeſimi Tertij.

LIcentia, plebs ſine modo libertatem exercet.

NVlla incolumis Reſpublica eſſe poteſt, orbata publico conſilio.

QVas quiſq; meritus eſt pœnas, pendat.

ITa iræ indulgere oportet, vt potiorem ira, ſalutem atq; vtilitatem habeamus.

NOtiſsimum quodq; malum, maximè tolerabile.

PRona ſemper ciuitas in luxuriam, non ingeniorum modò vitio, ſed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ terreſtriſq;.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

QVO propiùs ſpes belli perficiendi ſit, eò magis omni ope iuuandum.

SImultas leuiorem autorem facit.

OCcupati animi præſenti lætitia, nihil, quo vanius fiat gaudium, auribus admittunt.

AD vltimum propè deſperatæ Reipub. auxilium, honeſta vtilibus cedunt.

PLebs nouarum rerum auida.

QVos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates immodicæ: & eò impenſiùs, quò auidiùs ex inſolentia in eas ſe immerſerant.

SOmnus, & vinum, & epulæ, & ſcorta, balneaq́ꝫ, & otium conſuetudine indies blandius, eneruant corpora, animoſq́ꝫ.

NE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NEgligentia, ex re bene geſta oriri ſolet.

FRactis partis alterius viribus, alterius mollitis animis, ſegnius bellum fit.

EXprobratio veteris fortunæ, diſcordiam inter ordines ſerit.

QVÆ fortuna cogit aliquid fieri, eadem cogit aliquid factum tueri.

VAna prædæ ſpes eſt.

NIſi fide ſtat reſpublica, opibus non eſt ſtatura.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Libri vigeſimi Quarti.

LEuiſsimus quiſq; nouas res, nouamq; ſocietatem mauult.

NON facilè eſt nonageſimum iam agenti annum, circumſeſſo dies nocteſq; muliebribus blanditijs, liberare animum, & conuertere ab publicam priuatamq; curam.

POtior priuatis neceſsitudinibus, Reſpublica habenda eſt.

QVilibet nautarum vectorumq; tranquillo mari gubernare poteſt: Vbi ſæua orta tempeſtas eſt, ac turbato mari rapitur vento nauis, tum viro & gubernatore opus eſt.

II eſſe debemus, vt minoris inuidiam noſtram, ſi qua ex re oriatur, quàm vtilitatem Reipublicæ faciamus.

CVM clara ſatis & inſignis virtus eſt, nec dubia libertas futura eſt ſtrenuis viris.

VItia ex diutinis morbis, ægra corpora ex ſeſe gigunt.

MVlta magnis ducibus, ſicut non aggredienda, ita ſemel aggreſſis, non dimittenda ſunt: quia magna famæ momenta in vtranq; patrem fiunt.

SImulata lenitas ad tempus prodeſt.

LIbertatis reſtitutæ, dulce auditur nomen.

SEruitudinis indignitatisq́; homines experti, aduerſus notum malum irritantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

ARma qui impigrè capiunt, laudantur: magis laudandi, ſi non vtantur, niſi vltima neceßitate coacti.

DIonyſius Tyrannus dixit: pedibus tractum, non equo inſidentem, relinquere tyrannidem debere.

FAcilè eſt momento, quo quis velit, cedere poßeßione magnæ fortunæ: facere & parare eam, difficile atq; arduum eſt.

TVtior ad opes affectandas via, tempori nonnunquam cedere.

HÆC natura multitudinis eſt: aut ſeruit humiliter, aut ſuperbè dominatur: libertatem, quæ media eſt, nec ſpernere modicè, nec habere ſcit: & non fermè deſunt irarum indulgentes miniſtri, qui auidos & intemperantes plebeiorum animos, ad ſanguinem & cædes irritent.

IRA

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

IRA ex miſericordia oritur, cùm adeò feſtinatur ad ſupplicium, vt neq; locus pœnitendi, neq; regreſſus ab ira ſit.

EXperta amicitia, incognitæ ac infideli præferenda.

VAna & leui aura mobile vulgus eſt.

BOnis ſocijs, fides ſua maximum vinculum eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri vigeſimi Quinti.

VAriant ſecundæ aduerſæq́; res, non fortunam magis, quàm animos hominum.

QVeſtus ex alieno errore facilis.

FAti lege immobilis rerum humanarum ordo ſeritur.

OTium, quo diutino ſeneſcere videmur, non eſt patiendum.

ATrocitas pœnæ, ciuitatum animos irritat.

MVlta quæ impedita natura ſunt, conſilio expediuntur.

MAlum diuturnæ obſidionis, eſſe ſolet fames.

FAmes etiam mutas accendit beſtias. VIn-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

VIncit omnia pertinax virtus.

PLerunq; fortuna & mala conſilia vincunt.

NVlla prouidentia fatum imminens moueri poteſt.

QVod vnum reliquum fortuna facit, id virtute honeſtandum.

IN bello nihil tam leue eſt, quod non magnæ interdum rei momentum faciat.

MAnere poteſt memoria, etiam in diſsidio publicorum fœderum, priuati iuris.

PRiorum audacia, dubijs etiam animum facit.

HOmines aſsuetudine mali efferant animos.

REditus domum, fructusq; videndi ſuos ſuaq;, grata vulgo ſunt.

ID quidem cauendum ducibus

erit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

erit, exemplaq́; verè pro documentis habenda, ne ita externis credant auxilijs, vt non plus ſui roboris, ſuarumq́; propriè virium in caſtris habeant.

TAcita diuinatio, præſagientibus animis imminentis mali eſſe ſolet.

IMprouiſa res pauorem incutit.

VLtrò inferendo arma, contemtus ſui demitur.

SVbita res, & nocturnus terror, fortunæ conſilium perturbant.

OMnium vicem difficillimum in luctu eſt, vnum conſolari.

AD id, quod ne timeatur fortuna facit, minimè cauti ſunt homines: quia quod neglexeris, id cautum atq; apertum habeas.

IN rebus aſperis & tenuibus, fortiſſima quæq́; conſilia tutiſſima, ſunt: quia ſi in occaſionis momento,

ouius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

cuius præteruolat oportunitas, cunctatus paulùm fueris, nequicquam mox omiſsam queraris.

SEparati ac diuiſi, opprimi poſſunt hoſtes.

TError in fugam auertit omnes.

SEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri vigeſimi Sexti.

RES mali excmpli eſt, imperatores legi ab exercitibus.

NON mirum, milites in acie non ſtare, cùm primus omnium imperator fugiat.

IMpar libertas diti ac pauperi, honorato & inhonorato.

SVum cuiq; ingenium, audaciam aut pauorem facit.

NEquaquam tam lætum vincere, quam triſte vinci vlla parte, ab obſeſſo & propè expugnato hoſte.

QVod viribus deeſt, arte æquetur.

PAuoris plus ex re noua & inopinata inijcitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

INgens corpus arma honeſtant.

NVlla ſpes ſupereſt, ijs qui nati in ſpem honoris erant, honores detrectantibus.

HOmines affingunt vana auditis.

INdignitas alicuius vim ac ius magiſtratui, quem gerit, demit.

COnſpectum triſte ſupplicium frangit animos.

VEtus atq; vſitata res eſt, in oppugnanda hoſtium vrbe, labores ac pericula pati. Illud iræ, atq; odij execrabilis indicium eſt.

FEras beſtias cæco impetu ac rabie concitatas, ſi ad cubilia & catulos earum ire pergas, ad opem ſuis ferendam auertas.

MInimè committendum, vt ſolicitentur criminibus dubijs ſociorum

fide-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

fidelium animi: & ſubijciantur indicibus, queis neq; quid facerent, neq; quid dicerent, quicquam vnquam penſi fuit.

PEtatur à virtute, inuiſæ huius vitæ vindicta.

SIne imperio, multitudo nullius rei inter ſe ſocia, ad conſenſum inhabilis eſt.

QVòd fauor plus valet, quàm ratio ætatis, maximè interdum pœnitere ſolet.

QVI ſecum aliquem habet cum magno honore, facilè apparet nihil minùs eum vereri, quàm ne quis obſtet gloriæ ſuæ.

DIuinatio quædam futuri, quò minus ratio timoris reddi poteſt, eò maiorem infert metum.

IMpudens & gubernator, & impera-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

perator eſt, qui cùm alienis oculis ei omnia agenda ſint, poſtulet ſibi aliorum capita ac fortunas committi.

OTium excitat plebis rumores.

VIri acres nimis & feroces, vel in pace tranquilla bellum excitare poſſunt, nedum in bello ciuitatem reſpirare patiantur.

QVicquid in hoſtibus fit, ius belli defendit.

VT dent aliqui quod non habent, nulla vi, nullo imperio cogi poſſunt.

MAgiſtratus ſenatui, & ſenatus populo, ſicut honore præſtat, ita ad omnia quæ dura atq; aſpera ſunt ſubeunda, dux habet eſſe.

SI quid iniungere inferiori velis, id priùs in te ac tuos, ſi ipſe iuris

 ſtatue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

ſtatueris, faciliùs omnes obedientes habeas.

NON impenſa grauis eſt, cum ex ea plus quàm pro virili parte, ſibi quenq; capere principum videmus.

REſpublica incolumis, & priuatas res facilè ſaluas præſtat. Publica perdendo, tua nequicquam ſerues.

PRæceps in auaritiam & crudelitatem animus, ad ſpolianda, quæ tueri nequit, vt vaſtata hoſti relinquantur, inclinat.

INdigna patientium, abalienantur animi.

AD plures exemplum, quàm calamitas pertinet.

AVdacior res, minùs ſimilis veri videtur.

CRimen, quod teſtem habere nequit, liberiús fingitur.

NEmo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NEmo nouus imperator militibus ſuis, priuſquam opera eorum vſus eſſet, gratias agere iure ac merito potuit.

VT familiaris pene orbitas ac ſolitudo, frangit animum: ita publica, tum fortuna, tum virtus, deſperare de ſumma rerum prohibet.

VIrtus omnia ſtrata humi erigit ac tollit.

DIſcordia inteſtina coire in vnum non ſinit.

PLurimum ad accendendos militum animos intereſt, ſi teſtis ſpectatorq́; virtutis atq; ignauiæ cuiusq́;, imperator adeſt.

DEteſtabili exemplo res agitur, vbi fraude ac periurio, decus petitur virtutis.

DIis ſimillimus eſt, qui vincit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

omnia cùm armis, tùm benignitate ac beneficijs.

REI paruæ præmio elatus inſolens iuuenis, immodico gaudio ſpeciem magnæ victoriæ imponit.

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri vigeſimi Septimi.

NEgligentiam inſitam ingenio, auget ſpes.

NON exoletis vetuſtate annalium exemplis, ſtat ius, ſed recentiſſimæ cuiusq; conſuetudinis vſu.

EX paruis, ſæpe magnarum rerum momenta pendent.

TRanſfugæ nomen, execrabile veteribus ſocijs, nouis ſuſpectum eſt.

DII nequeunt hominum vim atq; iniurias pati.

NON ducemus ſocietatem ratam, vbi nec diuini quicquam, nec humani ſanctum eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SErum poſt malè geſtam rem auxilium.

MInimis etiam rebus, praua religio inſerit deos.

INdignum victos, victori vltrò conditiones ferre.

QVO minùs quis ſuſpectus, eò ſolutior eſt.

NImia cupiditate conſerendi cum hoſte manum, in nec opinatam fraudem labimur.

VT parentum ſæuitia, ſic patriæ, patiendo & ferendo lenienda eſt.

ACriùs & intentiùs omnia gerunt, timentes ne creſcendi ex ſe inimico poteſtas fiat.

PVgnantes inter tumultum & terrorem inſtruere, niſi in veteri exercitu, & duce vetere, haud facilè eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NIhil iniquiùs, quàm ex euentu famam habere.

FAmes & frigus, miſerrima mortis genera ſunt.

FAma bellum conficit, & parua momenta in ſpem metumq́ impellunt animos.

GLoriæ ex re bene geſta partæ, fructum penè omnem, ipſi milites ferunt.

SEmper quod poſtremum adiectum eſt, id rem totam videtur traxiſſe.

Conſilium, quod tutum celeritas fecit, temerarium morando non eſt faciendum.

AButendum errore hoſtium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri vigeſimi Octaui

VEL ſegnem ducem, excitare multi tumultus circumfuſi poſſunt.

PRæcipuè fide præfectorum principumq́ȝ, ſtabile atqȝ inexpugnabile imperium.

CIrcumſpectis dfficultatibus, ne fruſtrà tempus teratur, celeriter abſiſtendum incœpto.

RApiens omnia ex oculis, eludit celeritatem fortuna.

NON ſemper felix eſt fuga.

NON pro difficili id bellum habendum, in quo, ſi modò congreſſus cum hoſte ſis, viceris.

IN ciuitate diſcrimine belli ſo-

licita,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

licita, omnium ſecundorum aduerſorumq́ cauſæ in deos vertantur.

VIncit verecundiam metus.

FVga ſæpe tutior mora videtur.

OBſidio in loco nudo atq; inopi, vix in paucos dies tolerabilis.

BArbaris ex fortuna pendet fides.

COmitas, atq; ad omnia naturalis ingenij dexteritas, hoſtem etiam infeſtiſsimum, facundè alloquendo ſibi conciliârit.

LIbertas, virorum fortium tantùm pectora acuit.

ACcenduntur animi certamine laboris & periculi, atq; ipſo inter ſe conſpectu.

VAnis conatibus, hoſtibus creſcit animus.

ALiquantum iræ, lenit voluntaria deditio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

MAgnum, cupiditas imperij, malum inter mortales eſt.

AD id quisq; quod audierat, inſita hominibus libidine alendi de induſtria rumores, adijcit aliquid.

LIcentia ex diutino otio colligitur.

TVrbatis rebus omnia omnes audent.

EVaneſcit temerè ortus rumor.

VVlgatiſsimus à malis conſilijs receptus, imperatoris vel iuſtæ iræ, vel non deſperandæ clementiæ, ſeſe committere.

INgenia humana ſunt ad ſuam cuiq; leuandam culpam, nimio plus facunda.

VNde orta culpa eſt, ibi pœna conſiſtet.

INuiti vulnera attingimus: ſed

niſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

niſi tacta, tractataq́; ſanari non poſſunt.

MVltitudo omnis, ſicut natura maris per ſe immobilis eſt: vt venti & auræ cient: aut tranquilli aut procelloſi: & cauſa atq; origo furoris in vulgo penes autores eſt, illud contagione inſanit.

NVllum ſcelus rationem habet.

LAtronibus latronumq́; ducibus, vt ad populandos finitimorum agros, tectaq́; vrenda, & rapienda pecora aliqua vis eſt: ita in acie & ſignis collatis nulla eſt.

IRA magis accenditur aduerſo prælio barbaris, quàm imminuuntur animi.

NIhil tutius afflictis rebus, experta fide & clementia.

ARma ademta, pignora timentium rebellionem ſunt. NON

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NON in obſides innoxios, ſed in ipſos deficientes ſæuiendum: nec ab inermi, ſed ab armato hoſte pœnæ exetendæ.

NAtura priùs eſt, tua cùm defenderis, aliena ire oppugnatum.

NObis priùs decedat timor, quàm vltrò alijs inferatur.

SAT eſt ſemel creditum eſſe. non ſemper temeritas eſt felix.

FRaus fidem in paruis ſibi præſtruit, vt cùm operæprecium ſit, cum mercede magna fallat.

LOngiùs, quam quantum vitæ humanæ ſpacium eſt, cupiditas gloriæ extenditur: maximaq; pars eius in memoriam ac poſteritatem prominet.

MAximo cuiq; id accidere animo certum eſt, vt ſe non cum præſentibus

modò,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

modò, ſed cum omnis æui claris viris comparet.

PLus animi eſt inferenti periculum, quàm propulſanti.

MAior ignotarum rerum eſt terror.

NIL firmum ac ſtabile eſt infidis ſocijs, grauibus ac ſuperbis dominis.

MVlta quæ nunc ex interuallo non apparent, bellum aperiet.

ID eſt viri & ducis, non deeſſe fortunæ præbenti ſe, & oblata caſu flectere ad conſilium.

SEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Lbri vigeſimi Noni.

GRauis militia procul à domo, terra mariq́; multos labores, multa pericula adfert.

OMnium primùm tueri publicam fidem decet.

GLiſcit prima negligendo, bellum.

OMnia in maius, metu augente, accipimus.

INopi, inuiſæ opes potentioris.

DAnt animum ad loquendum liberè, vltimæ miſeriæ.

NAtura inſitum quibuſdam eſt, vt magis peccari nolint, quàm ſatis animi ad vindicanda peccata habeant.

SE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SEneſcente inuidia, mollitur ira.

PLerunq; in vbere agro, euenit vt imbelles ſint.

MVltitudo regnanti, paucitas exulis fortunæ conueniens eſt.

DEſiderio indigentium auxilij, tardiùs cuncta mouentur.

SEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ Libri Trigeſimi.

SAtietas amoris in vxorem, ex multa copia.

EX mentione & ſpe pacis, negligentia oritur.

IS bello inferior eſt, qui armis vincitur.

LÆtitia ea eſt gratior, qua inter aßiduas clades ac lacrymas, vnum quantumcunq; ex inſperato gaudium affulget.

TAM ſecundis, quàm aduerſis rebus, non datur ſpacium ad ceßandum.

AB amore temerarium atq; impudens mutuamur conſilium.

NON eſt (crede mihi) tantum ab hoſtibus armatis ætati noſtræ (iuue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

(iuuenili) periculi, quantum ab circumfuſis vndiq; voluptatibus. Qui eas ſua temperantia frænauit ac domuit, multò maius decus, maioremq; victoriam ſibi peperit, quàm victo Rege potentiſſimo.

VInce animum, caue deformes multa bona vno vitio, & multorum meritorum gratiam maiore culpa, quàm cauſa culpæ eſt, corrumpas.

ÆGer animo ferox iuuenis, grauiùs conſulit.

SEgniùs homines bona, quàm mala ſentiunt.

NE aduenientem quidem gratiam homines benignè accipiunt, nedum vt præteritæ ſatis memores ſint.

INteger quàm victus, pacem petens, æquiorem impetrat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

PRæterita magis reprehendi poſſunt, quàm corrigi.

ITA ſæpe aliena appetimus, vt de noſtris dimicemus.

ADoleſcentia & perpetua felicitas, ferociora vtraq; quàm quietis opus eſt conſilijs.

NON temerè incerta caſuum reputat, quem fortuna nunquam decepit.

QVod ſi in ſecundis rebus bonam quoq; mentem darent Dij, non ea ſolùm quæ eueniſſent, ſed etiam ea quæ euenire poſſent, reputaremus.

MAximæ cuiq; fortunæ, minimè credendum eſt.

IN bonis tuis rebus, noſtris dubijs, tibi ampla & ſpecioſa danti eſt pax: nobis petentibus, magis neceſſaria, quàm honeſta.

MEli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

MElior tutiorq; eſt certa pax, quàm ſperata victoria.

NON eſt multorum annorum felicitas, in vnius horæ danda diſcrimen.

NVſquam minùs, quàm in bello, euentus reſpondet.

SImul parta & ſperata decora, vnius horæ fortuna euertere poteſt.

NON ſtatuendo felicitati modum, nec cohibendo efferentem ſe fortunam, quantò altiùs effertur quis, eò fœdiùs corruit.

EST eius, qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis.

MVltum per quos petita ſit, ad fidem tuendæ pacis pertinet.

OMnia quæcunq; agimus, ſubiecta ſunt mille caſibus.

ANceps ſpes & metus miſcent animos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

IMpudenter certa negantibus, difficilior venia eſt.

RAro ſimul hominibus, bona fortuna, bonaq́ mens datur.

EX inſolentia, quibus noua bona fortuna eſt, impotentes lætitiæ, inſaniunt.

NVlla magna ciuitas diu quieſcere poteſt: Si foris hoſtem non habet, domi inuenit: vt præualida corpora ab externis cauſis tuta videntur, ſed ſuis ipſa viribus oncrantur.

TAntum nimirum ex publicis malis ſentimus, quantum ad priuatas res pertinet: nec in eis quicquam acriùs, quàm pecuniæ damnum ſtimulat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Libri trigeſimi Primi.

SIgnificationes & acclamationes multitudinis, aſſentatione immodica pudorem onerant.

INſueto vera audire, ferocior veritatis oratio.

SErum auxilium perditis.

IBI ſigna, ibi acies eſſe debet, vbi Rex eſt.

NAtura perpetua eſt.

SVnt quædam belli iura, quæ vt facere, ita pati fas eſt.

PEriculum eſt, ne nimis facilè victis ignoſcendo, plures ob idipſum ad experiendum aduerſus nos fortunam belli incitemus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

COnſilijs nulla eſt tam inimica, quàm celeritas. Celeris enim pœnitentia, ſed eadem ſera atq; inutilis ſequitur. Cum præcipitata raptim conſilia, neq; reuocari, neq; in integrum reſtitui poſſunt.

TRansfugas, leuitas ingeniorum ad cognoſcendas hoſtium res, in omnibus bellis præbet.

NIhil tam incertum, nec tam inæſtimabile eſt, quàm animi multitudinis.

PLeraq; dictu, quàm re faciliora.

DEſiderium patriæ, faciliùs ad credendum inclinat animos.

NON expectant belli tempora moras, & dilationes imperatorum: Et pugnandum eſt interdum, non quia velis, ſed quia hoſtis cogat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri trigeſimi Secundi.

AB eo qui prior arma intulit, iniuria orta.

FAcilitas veniæ, animos in poſterum conciliat.

GLoria egregia æſtimanda, armis potiùs & virtute, quàm mœnibus vrbem tueri.

SVmma vniuerſi belli, ex momentis paruarum plerunq; rerum pendet.

DIcendi ac ſuadendi, quod quiſq; aut velit, aut optimum putet, occaſio eſt, priuſquam quicquam decernamus: vbi ſemel decretum aliquid erit, omnibus id, etiam quibus antè diſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

plicuerit, pro bono atq; vtili defendendum.

SAtis exemplorum nobis alienæ clades præbent: ne quæramus quemadmodum exemplo ſimus.

NOlite, ſi quod omnibus votis petendum erat, vltrò offertur, faſtidire. Non quemadmodum licet, ſic ſemper liciturum eſt. nec ſæpe, nec diu eadem occaſio erit.

IStud par omnibus periculum eſt, qui cum hoſte ad colloquium congrediuntur, vt nulla fides ſit.

INcendere & corrumpere vrbes, eſt vincentium præmia victum corrumpere.

ANtiqui Macedonum Reges, acie bellare ſoliti, vrbibus parcere quantum poſſent, quò opulentius imperium haberent. Nam de quorum

poſſeſſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

poſſeſſione dimicetur tollentem, nihil ſibi præter bellum relinquere, quod conſilium eſt?

AVT bello vincendum, aut melioribus parendum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ Libri trigeſimi Tertij.

FAcilius cum ſingulis, quàm ſi in vnum plures ſimul conferant vires, bellatur.

INcerto adhuc belli euentu, legati hoſtium comiter audiantur & dimittantur.

ATrox cædes non pertinet ad ſemiuiros.

MVlti obuiam eundo impudenter, criminis ſuſpicionem auertere volunt.

NIhil omnino bonorum multitudini gratius, quàm libertas.

VBiq; ius & fas, potentiſsima lex ſunt.

MAgnam vim ad ſtimulandos animos, ira habet.

IN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

INfirmorum quoq; libertati, grauis eſt ſuperbia.

PArùm ex dignitate, ſubſcribere odijs accuſationibusq́; : & factionibus inſerere publicam autoritatem.

SÆpius patriæ, quàm noſtrorum euentus miſerabimur.

SEN-

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri trigeſimi Quarti.

CVM domi victa eſt libertas impotentia muliebri, in foro quoq; obteritur & calcatur.

A nullo genere non æquè ſummum periculum eſt, ac ab muliebri, ſi cœtus, & concilia, & ſecretas occultationes eſſe ſinas.

MAiores noſtri, nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine autore voluerunt: in manu eſſe parentum, fratrum, virorum.

OMnium rerum libertatem, imò licentiam, ſi vera dicere volumus, deſiderant mulieres.

NVlla lex ſatis commoda omnibus

bus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

bus eſt: id modò quæritur, ſi maiori parti & in ſummam prodeſt. Si quod cuiquam priuatim officiet, id ius deſtruet ac demolietur: quid attinebit vniuerſos rogare leges, quas mox abrogare, in quas latæ ſunt, poſſunt.

AVaritia & luxuria ſunt peſtes, quæ omnia magna imperia euerterunt.

SIcut antè morbos neceſſe eſt cognitos eſſe, quàm remedia eorum: Sic cupiditates priùs natæ ſunt, quàm leges, quæ ijs modum facerent.

QVod alij liceat, tibi non licere, aliquid naturalis aut pudoris, aut indignationis habet.

PEſſimus quidem pudor eſt, vel parſimoniæ vel paupertatis.

SImul pudere, quod non oportet, cœperit: quod oportet, non pudebit.

HOmi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

HOminem improbum, non accuſari tutiùs eſt, quàm abſolui: & luxuria non mota, tolerabilior eſt, quàm erit ipſis vinculis, ſicut fera beſtia, irritata, deinde emiſſa.

SVperbas me dius fidius aures habemus: Si cùm domini ſeruorum non faſtidiant preces, nos rogari ab honeſtis fœminis indignamur.

QVemadmodum ex his legibus, quæ nō in tempus aliquod, ſed perpetuæ vtilitatis cauſa latæ ſunt, nullam abrogari debere fateor, niſi quam aut vſus coarguit, aut ſtatus aliquis Reipub. inutilem fecit: Sic quas tempora aliqua deſiderarunt leges, mortales, vt ita dicam, & temporibus ipſis mutabiles eſſe video. Quæ in pace latæ ſunt, plerunq; bellum abrogat: quæ in bello, pax. vt in nauis

admi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

adminiſtratione, alia in ſecunda, alia in aduerſa tempeſtate vſui ſunt.

MVliercularum animos, etiam parua mouent.

NON magiſtratus, nec ſacerdotia, nec triumphi, nec inſignia, nec dona, aut ſpolia bellica mulieribus contingere poſsunt: munditiæ, & ornatus, & cultus, hæc fœminarum inſignia ſunt: his gaudent, & gloriantur: hunc mundum muliebrem appellarunt maiores noſtri.

NVnquam ſaluis ſuis, exuitur ſeruitus muliebris: & ipſæ libertatem, quam viduitas & orbitas facit, deteſtantur.

QVO plus poteſtis, eò moderatiùs imperio vti debetis.

DIſciplina eſt cuſtos infirmitatis, quam inter validiores optimè timor continet.

BEL-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

BEllum ſeipſum alet.

SÆpe vana pro veris, maximê in bello valent: & credens ſe aliquid auxilij habere, perinde atq; haberet, ipſa fiducia, & ſperando atq; audendo ſeruatur.

QVod pulcerrimum, idem tutiſſimum eſt, in virtute ſpem poſitam habere.

RES lenta, oppugnatio vrbium eſt: & obſidentibus priùs ſæpe, quàm obſeſſis, tædium affert.

QVO plures ſumus, pluribus rebus egebimus.

VAna, vt ad cæteram fidem, ſic ad ſecreta tegenda, ſatellitum regiorum ingenia.

FOrtes fortuna adiuuat.

CVnctatio hoſtium animos facit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

LIbertate modicè vtamur. temperata ea, ſalubris & ſingulis, & ciuitatibus eſt: nimia & alijs grauis, & ipſis qui habeant, effrænata & præceps eſt.

DIſcordia & ſeditio, omnia opportuna inſidiantibus faciunt: cum pars quæ domeſtico certamine inferior ſit, externo potiùs ſe applicet, quàm ciui cedat.

OMnis nouitas ſermones præbet.

NIhil motùm ex antiquo probabile eſt: veteribus, niſi quæ vſus euidenter arguit, ſtari malunt.

VBI omnia ei, qui armis plus poteſt, dedita ſunt, quæ ex ijs habere victos, quibus mulctari eos velit, ipſius ius atq; arbitrium eſt.

MAli res exempli eſt, de nihilo hoſpites corripi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Libri trigeſimi Quinti.

Recto & iuſto prælio, vera virtus vincit.

QVO maior gloria, eò propior inuidiæ.

QVod aliquis aſsiduus in oculis eſt hominum, ea res minùs verendos magnos homines ipſa ſatietate facit.

SI non libertas ſeruitute potior ſit: tamen omni præſenti ſtatu, ſpes cuiq; nouandi res ſuas, blandior eſt.

SVO quiſq; periculo furit.

DIgnitas in libertate poſita eſt, quæ ſuis ſtat viribus, non ex alieno arbitrio pendet.

COnſilia callida & audacia, prima ſpecie læta, tractatu dura, euentu triſtia ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

MVltitudo auida nouandi res.

COnſuetudine leuior labor fit, & comitate ac benignitate ducis, etiam non iniucundus fieri poteſt.

NVlla ingenia tam prona ad inuidiam ſunt, quàm eorum qui genus ac fortunam ſuam animis non æquant: quia virtutem & bonum alienum oderunt.

MVlta homines, ne bellare neceſſe ſit, voluntate remittunt, quæ bello & armis cogi non poſſint.

PLeriq; quos opes regiæ alunt, vaniloqui.

FAcilè eſt orationem apud fauentes, æquis auribus accipi.

VEnalis pretio multitudo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri trigeſimi Sexti.

COmmunis vtilitas, ſocietatis maximum vinculum eſt.

MVlti ſi pœnitere poſſent, poſſent & incolumes eſſe.

NVlla res æquè, ac vigiliæ conficiunt.

AD dignitatem fidemq́; pertinet, non prodi ſocios.

PRæterita magis reprehendi, quàm corrigi poſſunt.

PAX omnium bono paritur.

SIcut teſtudinem, vbi collecta in ſuum tegimen eſt, tutam ad omnes ictus video eſſe: vbi exerit partes aliquas, quodcunq; nudauit, obnoxium

atq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

atq; infirmum habere: Haud diſsimiliter vos Achæi clauſos vndiq; mari, quæ intra Peloponeſi ſunt terminos, ea & iungere vobis, & iuncta tueri facilè: Simul auiditate plura amplectendi, hinc excedatis: nuda vobis omnia, quæ extrà ſint, & expoſita ad omnes ictus eſſe.

PVdor irrito incepto abſcedere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri trigeſimi Septimi.

❧

LEuari per multos caſus tempore interpoſito, præſentes clades poſſunt.

PLurimum militum virtus in bello valet.

CAptæ non deditæ diripiuntur vrbes: & in his tamen arbitrium eſt imperatoris, non militum.

IRA & auaritia imperio potentiores ſunt.

MEmores fortunarum humanarum, ſuæ fortunæ moderentur, & alienam ne vrgeant.

PArari ſingula acquirendo faciliùs potuerunt, quàm vniuerſa teneri poſſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

REgum maieſtas, difficiliùs à ſummo faſtigio ad medium detrahitur, quàm à medijs ad ima præcipitatur.

ALia alijs, & honeſta & probabilis, eſt cauſa armorum.

QVÆ parare & quærere arduum fuit, tueri difficiliùs.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri trigeſimi Octaui

❦

PAucitas cælandæ rei, quàm agendæ aptior.

SOL, puluis, ſitis, vt ferrum non admoueas, proſternunt.

IN frugibus, pecudibus, non tantum ſemina ad ſeruandum indolem valent, quantum terræ proprietas, cæliq́; ſub quo aluntur, mutat.

GEneroſius in ſua quicquid ſede gignitur: inſitum alienæ terræ, in id quo alitur, natura vertente ſe, degenerat.

NOlite exiſtimare, belluas tantùm recens captas feritatem illam ſylueſtrem primò ſeruare: deinde cum

diu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

diu manibus humanis alantur, miteſcere: in hominum feritate mulcenda non eandem naturam eſſe.

VBerrimo agro, mitiſſimo cælo, clementibus accolarum ingenijs, omnis illa, cum qua venerant aduenæ, manſuefacta eſt feritas.

MVltum peregrinæ voluptates ad extinguendum animorum vigorem poſſunt, multum contagio diſciplinæ moriſq; accolarum valet.

TOlerabilior regia ſeruitus, quàm feritas immanium barbarorum.

CArthagine in crucem tolli imperatores dicuntur, ſi proſpero euentu, prauo conſilio rem geſſerunt.

NVllius calumniæ ſubijcienda ea, quæ Dij comprobauerunt.

CÆca inuidia eſt, nec quicquam aliud ſcit, quàm detrectare vir-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

tutes, corrumpere honores & præmia earum.

NEmo vnus ciuis tantũ eminere debet, vt legibus interrogari non poſſit.

NIhil tam æquandæ libertatis eſt, quàm potentiſſimum quenq; poſſe dicere cauſam.

NIhil tutò cuiquam, nedum ſumma Reipub. permittitur, ſi ratio non ſit reddenda.

QVI ius æquum pati non poteſt, in eum vis haud iniuſta eſt.

AVrium faſtidium abeſt, cum pro periculo, non in gloriam, geſta referuntur.

INfamia intactum, inuidia quæ poſſunt, vrgent.

MAior animus & natura, ac maiori fortunæ aſſuetus, reus eſſe non ſcit, nec ſummittere ſe in humilitatem cauſam dicentium. SEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Lbri trigeſimi Noni.

SVas ſi multates pro magiſtratu exercere, non boni exempli eſt.

SVO quiſq; iudicio & homines odiſſe aut diligere, & res probare aut improbare debet: non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alieni momentis animi circumagi, aſtipulariq; irato.

COquus viliſſimum antiquis mancipium, & æſtimatione & vſu.

VBicunq; multitudo eſt, ibi & legitimus Rector multitudinis eſſe debet.

CReſcit & ſerpit quotidie malum.

NIhil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NIhil in ſpeciem fallacius eſt, quàm praua religio. Vbi Deorum numen prætenditur ſceleribus, ſubit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis, diuini iuris aliquid immiſtum violemus.

QVid ſi vox libera non ſit, liberum eſt?

NOndum omnium dierum ſol occidit.

NON vllius rei minùs diuturna eſt gratia, quam libertatis, præſertim apud eos, qui malè vtendo eam corrupturi ſunt.

NON eſt res euidens pro dubia quærenda.

PArum eſt victis, quod victoribus ſatis eſt.

VEremur quidem vos Romani, & ſi vultis etiam timemus: ſed plus

&

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

& veremur & timemus Deos immortales.

SEnectus ſoluit omnia.

NON diuturnum mortis gaudium, autoribus crudelitatis eſt.

GRaue imperium regum, nihil inexploratum, quod inueſtigari volunt, efficit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri Quadrageſimi.

ODium vincit metum.

NIhil occulti eſſe in inteſtina diſcordia poteſt.

ETiam hoſtes armis poſitis fœdus icerunt, & priuatæ multorum ſimultates finitæ ſunt.

NOX ad quietem data naturæ beneficio mortalibus.

VIncit dolorem ipſa neceſſitas.

SÆpe inuidia gratiæ externæ, obeſt potiùs, quàm prodeſt.

CÆcus criminandi cupiditate animus, dum omnia ſuſpecta efficere vult, aliud alio confundit.

MIſeria & metus crapulam facilè excutiunt.

AN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

ANtigonus liberis ſuis præcepit, ne quis cum tota gente ſimul in rebus dubijs periclitari auderet.

EX infeſtis hoſtibus, plerunq; ſocij fideles, interdum etiam ciues fiunt.

AMicitiæ immortales, inimicitiæ mortales debent eſſe.

MVlta adſolet veritas præbere veſtigia ſui.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri quadrageſimi Primi.

QVibus inſuetus liberalior victus eſt, auidiùs vino ciboq; corpora onerant.

INterrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipſa efficaciſsima eſt, minimè conuenit.

INter traditionem imperij, nouitatemq; ſucceſsoris, quæ noſcendis priùs, quàm agendis rebus imbuenda eſt, ſæpe bene gerendæ rei occaſiones intercidunt.

CVM feræ beſtiæ cibum ad fraudem ſuam poſitum, plerunq; aſpernentur & refugiant: nos cæci ſpecie

parui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

parui beneficij, non debemus ineſcari..

AD hæc, quæ palàm geruntur, conſilia noſtra accommodare oportet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Libri quadrageſimi Secundi.

INiuria etiamſi iuſta, non tamen in magiſtratu exercenda: & ſilentium nimis modeſtum aut timidum, ius velut probato exemplo, magiſtratibus facit grauiorum imperiorum.

CLara victoria, vincendo oppugnantes, non ſæuiendo in afflictos fit.

LOngo tempore, & multis, magniſq; meritis, paritur autoritas.

MArs communis eſt, & euentus incertus belli.

PErire ſemel ſatius eſt, quàm ſub acerbiſsimi carnificis arbitrio, ſpiritum ducere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

IN liberis gentibus populisq́, plebs omnis fermè ſolet deterioribus inclinari.

ÆS alienum, & deſperatio rerum ſuarum, eodem manente ſtatu, præcipites ad nouanda omnia agit.

ÆQuum eſt omnia honeſta loca ducere, quibus Remp. defenſuri ſimus.

SI malè meriti clementiam experti ſunt: bene merendo liberalitatem experientur.

INeſt cura inſita mortalibus, videndi congredientes nobiles Reges, & legatos.

SVperbiùs tacemus, quàm vera reſpondemus.

QVid attinet cuiquam exilium patere, ſi nuſquam exuli locus futurus eſt?

QVÆ obiecta & purgata ſunt, talia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

talia ſunt, vt aures, vt animi audientium.

NON tam refert, quid aut qua mente fecerimus, quàm quo modo id factum accipiatur.

INterdum in præſens tempus, plus proficitur dolo, quàm virtute: Sed eius demum animus in perpetuum vincitur, cui confeßio expreßa eſt, ſe neq; arte, neq; caſu, ſed collatis comminus viribus iuſto ac pio bello eße ſuperatum.

SI poßeßio regni haud ambigua manet, multa dies tempusq; adferre poteſt.

CVM omnia humana, tum maxima quæq; & regna, & imperia, ſub caſibus multis ſunt.

NEC turpius quicquam, quàm ſine certamine ceßiße regno: nec præ-

clarius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

clarius quicquam, quàm pro dignitate & maieſtate, omnem fortunam expertum eſſe.

SEcunda fortuna in conditione honeſtæ pacis vtendum, potiùs quàm ſpe vana euecti, in caſum irreuocabilem nos demus.

MOdum imponere ſecundis rebus, nec nimis credere ſerenitati præſentis fortunæ, prudentis hominis & meritò felicis eſt.

MOS erat veterum Romanorum, in aduerſis vultum ſecundæ fortunæ gerere, moderari animos in ſecundis.

PRauo ſtudio, etiam in certaminibus ludicris, vulgus vtitur, deteriori atq; infirmiori fauendo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri quadrageſimi Quarti.

FAuent pietati fideiq́ Dij.

PErtinax audacia, prudens interdum in exitu eſt.

NEmo tam famæ contemtor eſt, cuius non debilitari animus poßit.

NON omnes firmi & conſtantis animi contra aduerſum rumorem eſſe poßunt.

NON ſum is, qui non exiſtimem admonendos duces eſſe: imò eum qui de ſua vnius ſententia omnia gerat, ſuperbum iudico magis, quàm ſapientem.

SErmonum ſatis ipſa præbet vrbs.

NA-

NAtura inimica inter ſe, libera ciuitas, & Rex.

VIolentiam inſitam ingenio, intemperantia vini accendit.

VNus imperator in exercitu, prouidere & conſulere quid agendum ſit debet, nunc per ſe, nunc cum ijs quos aduocauerit in conſilium: qui non ſint aduocati, eos nec palàm, nec ſecretè iactare conſilia eius.

MIles hæc tria curare debet: corpus vt quàm validiſsimum & perniciſsimum habeat: arma apta: animum paratum ad ſubita imperia: cætera ſciat de ſe Dijs immortalibus, & imperatori ſuo curæ eſſe.

IN quo exercitu milites, & imperator rumoribus vulgi circumagitur, ibi nihil ſalutare eſt.

QVO quæq; accuratiùs curantur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

eò faciliùs loquacitate regiorum miniſtrorum emanant.

IAcula, & ſagittæ, & cætera miſſilia, in tenebris, vbi quid petatur procul prouideri nequit, inutilia ſunt.

FOrtuna plus conſilijs humanis pollet.

PLeraq; noua commenta mortalium, in verbis vim habent, extemplò cùm agi, non quemadmodum agantur ediſſeri oportet, ſine vllo effectu euaneſcunt.

CAſtra ſunt victori receptaculum, victo perfugium.

QVibuſdam abſentem carpere imperatorem, quàm præſentem monere, meliùs videtur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ LIVIANÆ
Libri quadrageſimi Quinti.

OMnis præfatio ſacrorum, eos quibus non ſint puræ manus, ſacris arcet.

IN ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè ac violenter conſulere decet: nec præſenti credere fortunæ, cùm quid veſper ferat, incertum ſit.

IS demum vir erit, cuius animum nec proſpera (fortuna) flatu ſuo efferet, nec aduerſa infringet.

COncitatores vulgi, venalem linguam habent.

VBI in medio præda adminiſtrantibus eſt, ibi nunquam cauſæ ſeditionum & certaminis deſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

REgnum nouum, nullis vetuſtis fundatum opibus, fraterna ſtat concordia.

SI vtraq; glorioſa res eſt, & ſeruaſſe fratri regnum, & eripuiſſe, ſeruati tamen regni, quæ iuncta pietati eſt, potior laus fit.

NVlla eſt ciuitas, quæ non & improbos ciues aliquando, & imperitam multitudinem habeat.

TAM ciuitatum, quàm ſingulorum hominum mores ſunt: gentes quoq; aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ: in vinum, in Venerem, proniores aliæ ſunt.

SVperbiam, verborum præſertim, iracundi oderunt, prudentes irrident, vtiq; ſi inferioris, aduerſus ſuperiorem eſt: capitali pœna nemo vnquam dignam iudicauit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

ETiam Deos aliqui verbis ferocioribus increpant, nec ob id quenquam fulmine ictum audiuimus.

NEq; moribus, neq; legibus vllius ciuitatis ita comparatum eſt, vt ſi quis vellet inimicum perire, ſi nihil fecerit, quo id fiat, capitis damnetur.

EQuidem pro patria qui lethum oppetiſſent, ſæpe fando audiui: qui patriam pro ſe perire æquum cenſerent, hi primi inuenti ſunt.

VSus longo tempore, vnus eſt legum corrector.

VVlgò Romæ dictum ipſius (Pauli Æmilij) ferebant: & conuiuium inſtruere, & ludos parare, eiuſdem eſſe qui vincere bello ſciret.

INtacta inuidia media ſunt, ad ſumma fermè tendit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NON ſperet fructum gratiæ, qui non meruit.

EX ſummo retrò volui fortuna conſueuit.

NON quod datur quidem, gratum eſſe donum poteſt, quod qui dat, vbi vult ablaturus eſt.

Finis Sententiarum Liuij.

SEN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ SALLV-STIANÆ,
ex Coniuratione Catilinæ.

OMnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus, ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſigant, veluti pecora: quæ natura prona, atq; ventri obedientia finxit.

MElius eſſe videtur, ingenij quàm virium opibus, gloriam quærere: & quoniam vita ipſa, qua fruimur breuis eſt, memoriam noſtri quàm maximè longam efficere.

DIuitiarum, & formæ, gloria fluxa atq; fragilis eſt: virtus clara æternaq; habetur.

PRius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

PRiùs quàm incipias, conſulto, & vbi conſulueris, maturè facto opus eſt.

LIbido dominandi, cauſa belli.

IMperium facilè ijs artibus retinetur, quibus initio partum eſt.

VBI pro labore deſidia, pro continentia & æquitate libido, atq; ſuperbia inuaſere: fortuna ſimul cum moribus immutatur.

QVÆ homines arant, nauigant, ædificant, virtuti omnia parent.

MVlti mortales dediti ventri, atq; ſomno, indocti, incultiq́;, vitam ſicut peregrinantes tranſiere. quibus profectò contra naturam, corpus voluptati, anima oneri fuit.

IS demum mihi viuere, & frui anima videtur, qui aliquo negotio inten-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit.

PLlcrum eſt, benefacere Reipub. etiam bene dicere, haud abſurdum eſt: vel pace, vel bello clarum fieri licet.

HAud quaquam par gloria, ſequitur ſcriptorem, & actorem rerum.

SIc pleraq; mortalium habentur, inuidia ex opulentia oritur.

REgibus boni, quàm mali, ſuſpectiores ſunt: ſemperq́; his, aliena virtus formidoloſa eſt.

PRofectò fortuna in omni re dominatur: eaq́; res cunctas, ex libidine magis, quàm ex vero celebrat, obſcuratq́;.

OPtimus quiſq́; (Romanorum veterum) facere quàm dicere, ſua ab aliis bene facta laudari, quàm ipſe aliorum narrare, malebat.

PRi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

PRimò pecuniæ, deinde imperij cupido creuit. Ea quaſi materies omnium malorum fuere. Namq; auaritia fidem, probitatemq;, cæteraſq; bonas artes ſubuertit: pro his ſuperbiam crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit: ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. Aliud clauſum in pectore, aliud promtum in lingua habere: amicitias inimicitiaſq; non ex re, ſed ex commodo æſtimare: magisq; vultum, quàm ingenium bonum habere.

GLoriam, honorem, imperium, bonus & ignauus æquè ſibi exoptant. Sed ille vera via nititur: huic quia bonæ artes deſunt, dolis atq; fallacijs contendit.

AVaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit.

Ea

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Ea quaſi venenis malis imbuta, corpus, animumq́; virilem effæminat: ſemper infinita, inſatiabilis eſt: nec copia, nec inopia minuitur.

SEcundæ res ſapientum animos fatigant.

POſtquam diuitiæ honori eſſe cœpêre, & eas gloria, imperium, potentia ſequebatur: hebeſcere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro maleuolentia duci cœpit.

ANimus imbutus malis artibus, haud facilè libidinibus caret.

ANimi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiuntur.

ANimus impurus, Dijs hominibusq́; infeſtus, neq; vigilijs, neq; quietibus ſedari poteſt: ita conſcientia mentem excitam vaſtat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

IDem velle, atq; idem nolle, ea demum firma amicitia eſt.

EMori per virtutem præſtat, quàm vitam miſeram atq; inhoneſtam, vbi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueris, per dedecus amittere.

TAntummodo incipere opus eſt: cætera res expediet.

VBI periculum aduenit, inuidia atq; ſuperbia pòſt ſunt.

LIbertatem, nemo bonus, niſi cum anima, ſimul amittit.

SEmper in ciuitate, quibus opes nullæ ſunt, bonis inuident, malos extollunt: vetera odêre, noua exoptant: odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent: turba atq; ſeditionibus ſine cura aluntur.

EGeſtas facilè habetur ſine damno.

QVi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

QVicunq; aliarum, atq; ſenatus, partium ſunt, conturbari Rempub. quàm minùs ipſi valere malunt.

MAximum bonum in celeritate putandum.

AVxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.

OMnes homines, qui de rebus dubijs conſultant, ab odio, amicitia, ira, atq; miſericordia vacuos eſſe decet. Haud facilè animus verum prouidet, vbi illa officiunt: neq; quiſquam omnium, libidini ſimul, & vſui paruit.

VBI intenderis animum, valet. Si libido poſſidet, ea dominatur, animus nihil valet.

NON cuiquam mortalium iniuriæ ſuæ paruæ videntur: multi eas grauiùs æquo habuêre.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

QVI demiſsi in obſcuro vitam agunt, ſi quid iracundia deliquêre, pauci ſciunt: fama atq; fortuna eorum pares ſunt: Qui magno imperio præditi, in excelſo ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouêre.

IN maxima fortuna minima licentia eſt, neq; ſtudere, neq; odiſse, ſed minimè iraſci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio ſuperbia atq; crudelitas appellatur.

PLeriq; mortales poſtrema meminêre: & in hominibus impijs, ſceleris eorum obliti, de pœna diſserunt, ſi ea paulò ſæuior fuerit.

IN luctu atq; miſerijs, mors ærumnarum requies, non cruciatus eſt: ea cuncta mortalium mala diſſoluit: vltrà neq; curæ, neq; gaudio locus eſt.

QVI

QVI conuenit in minore negotio legem timere, cum eam in maiore neglexeris?

OMnia mala exempla ex bonis initijs orta ſunt.

IN magna ciuitate multa & varia ingenia ſunt.

PRofectò virtus atq; ſapientia maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecere, quàm in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.

CÆtera maleficia tum perſequare, vbi facta ſunt: hoc (nempe coniurationis & proditionis) niſi prouideris ne accidat: vbi euenit, fruſtrà iudicia implores.

CApta vrbe, nihil reliqui fit victis.

OPulentia negligentiam tolerat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

IAmpridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus, quia, bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo vocatur.

NON votis, neq; ſupplicijs muliebribus, auxilia Deorum parantur. Vigilando, agendo, bene conſulendo, proſperè omnia cedunt. Vbi ſocordiæ tete, atq; ignauiæ tradideris: nequidquã Deos implores. irati infeſtiq́; ſunt.

VErba virtutem non addunt, neq; ex ignauo ſtrenuus, neq; fortis ex timido exercitus, oratione imperatoris fit. Quanta cuiuſq́; animo audacia natura, aut moribus ineſt, tanta in bello patêre ſolet. Quem neq; gloria, neq; pericula excitarunt, nequidquam hortêre. timor animi auribus officit.

NEq; locus, neq; amicus quiſquam teget, quem arma non texerint.

NEmo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NEmo niſi victor, pace bellum mutauit. Nam in fuga ſalutem ſperare, cùm arma, queis corpus tegitur, ab hoſtibus auerteris, ea verò dementia eſt.

SEmper in prælio ijs maximum eſt periculum, qui maximè timent: audacia pro muro habetur.

NEceſsitudo etiam timidos, fortes facit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SENTENTIÆ SALLV-STIANÆ,

ex bello Iugurthino.

FAlſò queritur de natura ſua genus humanum: quod imbecilla, atq; æui breuis, forte potius, quàm virtute regatur. Nam contrà reputando, neq; maius aliud, neq; præſtabilius inuenias: magiſq; naturæ, induſtriam hominum, quàm vim ac tempus deeſſe.

DVX atq; imperator vitæ mortalium, animus eſt: qui, vbi ad gloriam virtutis via graſſatur, abundè pollens, potenſq;, & clarus eſt, neq; fortunæ eget: quippe quæ (fortuna) probitatem, induſtriam, ceteraſq; bonas artes, neq; dare, neq; eripere cuiquam poteſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

poteſt. Sin captus (animus) prauis cupidinibus, ad inertiam, & voluptates corporis peſſundatus eſt, pernicioſa libidine pauliſper vſus: vbi per ſocordiam, vires, tempus, ingenium defluxêre, naturæ infirmitas accuſatur: ſuam quippe culpam, actores ad negotia transferunt.

QVod ſi hominibus, bonarum rerum tanta cura eſſet, quanto ſtudio aliena, ac nihil profutura, multumq́ etiam periculoſa, petunt: neq́ regerentur magis caſibus, quàm regerent caſus: & eò magnitudinis procederent, vbi pro mortatibus, gloria æterni fierent.

PRæclara facies, magnæ diuitiæ, adhæc vis corporis, & alia huiuſcemodi omnia breui dilabuntur: at ingenij egregia facinora, ſicut anima, immortalia ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

COrporis, & fortunæ bonorum, uti initium, ſic finis eſt: omniaq; orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. Animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agit atq; habet cuncta, neq; ipſe habetur.

INgenium, quo neq; melius, neq; amplius aliud in natura mortalium eſt, incultu atq; ſocordia torpeſcit.

VI quidem regere patriam, aut parentes, quanquam & poßis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt.

OMnes rerum mutationes, cædem, fugam, aliaq; hoſtilia portendunt.

FRuſtrà niti, neq; aliud ſe fatigando, niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt: niſi fortè quem inhoneſta, & pernicioſa libido tenet, potentiæ paucorum decus, atq; libertatem ſuam gratificari.

SÆpe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SÆpè audiui Q. Maximum, P. Scipionem, præterea ciuitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos ita dicere: Cum maiorum imagines intuerentur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi: ſcilicet non ceram illam, neq; figuram tantam vim in ſeſe habere: ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregijs viris in pectore creſcere, neq; priùs ſedari, quàm virtus eorum famam atq; gloriam adæquauerit.

DIfficillimum in primis eſt, & prælio ſtrenuum eſſe, & bonum conſilio: Nam alterum ex prouidentia timorem, alterum ex audacia temeritatem plerunq; adferre ſolet.

PEriculoſè à paucis emitur, quod multorum eſt.

DIfficillimum inter mortales eſt, gloria inuidiam vincere.

NE

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NE malis tibi alienos adiungere, quàm ſanguine coniunctos retinere.

NON exercitus, neq; theſauri, præſidia regni ſunt, verùm amici: quos neq; armis cogere, neq; auro parare queas, officio & fide pariuntur.

QVis amicior, quàm frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, ſi tuis hoſtis fueris?

COncordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.

IN omni certamine, qui opulentior eſt, etiamſi accipit iniuriam: tamen, quia plus poteſt, facere videtur.

PArum tuta per ſe ipſa probitas eſt.

FVgam, exilium, egeſtatem, & omnes has, quæ nos premunt ærumnas, cum anima ſimul amittimus.

POl-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

POlluta licentia inuidiam accendit.

PAucis carior fides, quàm pecunia.

QVO plura (quis) bene atq; ſtrenuè fecit, eò animus iniuriam minùs tolerat.

PArum fidei miſeris.

BOnum publicum, in pleriſq; negotijs, priuata gratia deuincitur.

VIncit in auido ingenio prauum conſilium.

MAius dedecus eſt, parta amittere, quàm non peperiſſe.

IMpunè quælibet facere, id eſt Regem eſſe.

IGnoſcendo malis, bonos perditum imus.

HOC in Republica multò præſtat, beneficij, quàm maleficij, immemorem eſſe.

BO-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

BOnus tantummodo ſegnior fit, vbi negligas: at malus improbior.

SEcundæ res amant laſciuiam, atq; ſuperbiam.

BOno vinci ſatius eſt, quàm malo more iniuriam vincere.

IMperatori nouo plus ex malis moribus ſolicitudinis, quàm ex copia militum auxilij, atq; bonæ ſpei accedit.

RES humanæ ita ſe habent: in victoria vel ignauis gloriari licet: aduerſæ res etiam bonos detrectant.

POſt gloriam inuidia ſequitur.

EX mala conſcientia, digna (mala) timentur.

GRauis caſus in ſeruitium ex Regno.

INter bonas artes integrum ingenium breui adoleſcit.

COn-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

COntemtor animus, & ſuperbia, commune nobilitatis malum.

NON ſuper fortunam animum geramus.

NON omnia omnibus cupienda ſunt: debent cuiq; res ſuæ ſatis placere.

CVpido atq; ira, peſſimi conſultores.

ANimo cupienti nihil ſatis feſtinatur.

VVlgus plerunq; ingenio mobili, ſeditioſum, atq; diſcordioſum eſt, cupidum rerum nouarum, quieti atq; odio aduorſum.

BEllum geri ſine adminiſtris non poteſt.

NOuorum fidem in magna perfidia veterum experiri, periculoſum ducamus.

PRoditionem vitare celeritate poſſu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

poſſumus. Nam talia conſilia (proditionis) per otium ex oportunitate capiuntur.

STultitia videtur, alienam rem ſuo periculo curare.

OMne bellum ſumitur facilè, cæterùm ægerrimè deſinit: non in eiuſdem poteſtate, initium eius & finis eſt: incipere cuiuis etiam ignauo licet: deponitur, cum victores velint.

PLeriq; non iiſdem artibus imperium petunt, & poſtquam adepti ſunt, gerunt: primò induſtrij, ſupplices, modici ſunt: dehinc per ignauiam, & ſuperbiam, ætatem agunt.

SPes neceſſe virtute & innocentia tutari: nam alia infirma ſunt.

ILlis difficile eſt, in poteſtatibus temperare, qui per ambitionem ſeſe probos ſimulauêre.

NAtu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NAtura vna, & communis omnium: ſed fortiſſimus quiſq; generoſus eſt.

HOmines corrupti ſuperbia, ita ætatem agunt, quaſi honores contemnant: ita hos petunt, quaſi honeſtè vixerint.

NÆ illi falſi ſunt, qui diuerſiſſimas res pariter expetant, ignauiæ voluptatem, & præmia virtutis.

MAIorum gloria poſteris quaſi lumen eſt: neq; bona eorum, neq; mala in occulto patitur.

NObilitatem certè peperiſſe, quàm acceptam corrupiſſe, melius eſt.

IPſa ſe virtus ſatis oſtendit.

CVM tute per mollitiem agas, exercitum ſupplicio cogere, id eſt, dominum eſſe, non imperatorem.

MAiores omnia, quæ licet, re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

liquerunt, diuitias, imagines, memoriam ſui præclaram, virtutem non relinquunt, neq; poſſunt: Ea ſola neq; datur dono, neq; accipitur.

MVnditia mulieribus, viris labor conuenit: omnibuſq; bonis oportet plus gloriæ, quàm diuitiarum eſſe: Arma, non ſupellectilem decori eſſe.

VBI ſe omnibus flagitijs dedecorauêre turpiſſimi viri, bonorum præmia ereptum eunt. Ita iniuſtiſſimè luxuria & ignauia, peſſimæ artes, illis, qui coluere eas, nihil officiunt: Reipub. innoxiæ cladi ſunt.

DIis iuuantibus omnia matura ſunt, victoria, præda, laus: quæ ſi dubia, aut procul eſſent, omnes tamen bonos Reipublicæ ſubuenire decebat.

NEmo ignauia immortalis factus: neq; quiſquam parens liberis

vti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

vti æterni forent, optauit: magis vti boni, honeſtiq́; vitam exigerent.

HOmini potentiam quærenti, egentiſsimus quiſq́; oportuniſsimus: cui neq; ſua curæ, quippe quæ nulla ſunt, & omnia cum precio honeſta eſſe videntur.

FOrtiſsimus quiſq́; tutiſsimus.

AMicorum neq; nobis, neq; cuiquam omnium ſatis fuit.

FErociùs decernunt, ignari humanarum rerum, quæ fluxæ & mobiles, ſæpius in aduerſa mutantur.

NON decet, quem manus armauerit, ab inermis pedibus auxilium petere, in maximo metu nudum, & cæcum corpus ad hoſtes vertere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

REgem armis, quàm munificentia vinci, minùs flagitioſum.

PLerunq; regiæ voluntates, vt vehementes, ſic mobiles, ſæpe ipſæ ſibi aduerſæ.

SENTENTIÆ SALLV-
STIANÆ,

ex fragmentis Hiſtoriarum.

PRimæ diſſenſiones vitio humani ingenij euenere: quod inquies, atq; indomitum, ſemper in certamine libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agitur.

DIſcordia, & auaritia, atq; ambitio, ſecundis rebus oriri ſueta mala.

EX quo tempore maiorum mores, non paulatim, vt antea, ſed torrentis modo præcipitati: adeo iuuentus luxu atq; auaritia corrupta eſt, vt meritò dicatur, genitos eſſe, qui neq; ipſi habere res familiares poſſent, neq; alios pati.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

SEcundæ res mirè ſunt vitijs obtentui.

POtior periculoſa libertas, quieto ſeruitio.

PRaua incepta conſultoribus noxæ ſunt.

QVÆ peſſumi & ſtultiſſimi decreuere, ea bonis & ſapientibus ſæpe faciunda ſunt.

MOllitia decretorum, nobis dignitas, hoſtibus metus detrahitur.

NON patiendum licentiam ſcelerum, quaſi rabiem, ad integros procedere.

VBI malos præmia ſequuntur, haud facilè quiſquam gratuitò bonus eſt.

CErtaminis aduerſa, pro libertate, potiora ſunt forti viro, quàm omnino non certauiſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

RArus animus eſt ad ea, quæ placent defendenda.

OMnis iniuria grauitate tutior eſt.

IGnauiſsimi quiq; tenuiſsima ſpe fruſtrantur.

OMnes qui ſecundis rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur, conſiderare debent, licetne protum pacem agere. Deinde quod quæritur, ſatiſne pium, tutum, glorioſum, an indecorum ſit.

MAlæ ſecundæq; res, opes non ingenium mutant.

SEnectus per ſe grauis, curam duplicat.

VIta & mors iura naturæ ſunt: vt ſine dedecore cum ciuibus, fama & fortunis integer agas, id dono datur atq; accipitur.

MVlta cura ſummo imperio ineſt, multi ingentes labores.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

DIfficile, atq; aſperum factu, conſilium dare Regi, aut imperatori: poſtremò cuiquam mortali, cuius opes in excelſo ſunt: Quippe cum & illis conſultorum copiæ adſint: neq; de futuro quiſquam ſatis callidus, ſatisq; prudens ſit. Quin etiam ſæpe praua magis, quàm bona conſilia proſperè eueniunt. Quia pleraſq; res fortuna ex lubidine ſua agitat.

MAlum facinus in ſe committit, qui incommodo Reipub. gratiam ſibi conciliat.

VBI bonum publicum etiam priuatim vſus eſt: id verò dubitare aggredi, ſocordiæ atq; ignauiæ duco.

HOſtem aduorſum opprimere, ſtrenuo homini haud difficile eſt: occulta pericula neq; facere, neq; vitare bonis in promtu eſt.

MVlti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

MVlti Reges, ciuitates, & nationes, per opulentiam magna imperia amiſerunt, quæ per virtutem inopes ceperant.

VBI bonus deteriorem diuitijs magis clarum, magisq; acceptum videt: primò æſtuat, multaq; in pectore voluit: ſed vbi gloria honorem magis in dies, virtutem opulentia vicit: animus ad voluptatem à vero deficit.

GLoria induſtria alitur: vbi eam demſeris, ipſa per ſe virtus amara, atq; aſpera eſt.

VBI diuitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia ſunt, fides, probitas, pudor, pudicitia.

AD virtutem vna & ardua via eſt: ad pecuniam, qua cuiq; lubet, nititur: & malis, & bonis rebus ea creatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

NEq; de capite, neq; de honore, ex copijs quiſquam magis aut minùs iudicauerit.

IVdices a paucis probari regnum eſt: ex pecunia legi inhoneſtum.

PErinde omnes res laudantur, atq; appetuntur, vt earum rerum vſus eſt.

MAlitia præmijs exercetur: vbi ea demſeris, nemo omnium gratuitò malus eſt.

AVaritia, bellua fera, immanis, intoleranda eſt. quò intendit, opida, agros, fana, atq; domos vaſtat: diuina cum humanis permiſcet: neq; exercitus, neq; mœnia obſtant, quò minùs via ſua penetret: fama, pudicitia, liberis, atq; parentibus, cunctos mortales ſpoliat.

SI pecuniæ decus ademeris, mag-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

na illa vis auaritiæ facilè bonis moribus vincetur.

OMnia regna, ciuitates, nationes, vſq; eò proſperum imperium habuerunt, dum apud eos vera conſilia valuerunt: vbicunq; gratia, timor, voluptas, ea corrupêre: pòſt paulò imminutæ opes: deinde ademtum imperium: poſtremò ſeruitus impoſita eſt.

CVicunq; in ſua ciuitate amplior, illuſtriorq́; locus, quàm alijs eſt: ei magna cura eſt Reipublicæ. Nam cæteris, ſalua vrbe, tantummodo libertas tuta eſt: qui per virtutem ſibi diuitias, decus, honorem pepererunt, vbi paulùm inclinata ſpe, Reſpub. agitari cœpit: multipliciter animus curis atq; laboribus fatigatur: aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem defenſat: omnibus locis adeſt,

feſti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

feſtinat: quantò in ſecundis rebus florentior fuit: tantò in aduerſis aſperius, magisq; anxiè agitat.

COæquari gratiam omnium difficile eſt.

LIbertas iuxtà bonis & malis, ſtrenuis & ignauis eſt. Verùm eam pleriq; metu deſerunt: ſtultiſsimi mortales, quod in certamine dubium eſt, quorſum accidat, id per inertiam in ſe, quaſi victi recipiunt.

SVus cuiq; animus ex conſcientia ſpem præbet.

VIuos interdum fortuna, ſæpe inuidia fatigat: vbi anima naturæ ceſsit: demtis obtrectatoribus, ipſa ſe virtus magis magisq; extollit.

FAber ſuæ quiſq; fortunæ.

NEmo alteri imperium volens concedit: & quamuis nouus atq; clemens

mens

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

mens ſit, qui plus poteſt, tamen quia malo eſſe licet, formidatur. Id euenit, quia pleriq; rerum potentes, peruerſè conſulunt, & eò ſe munitiores putant, quò illi, quibus imperitant, nequiores fuere. At contrà id eniti decet, cùm ipſe bonus atq; ſtrenuus ſis, vti quàm optimis imperites. Nam peſſimus quiſq; aſperrimè rectorem patitur.

QVÆ quiſq; optima poteſt, dicat.

PRimum id conſidera, quale id ſit, de quo conſultas. Ita bonis, maliſq; dimotis, patenti via ad verum perges.

FIrmanda ſunt concordiæ bona, & diſcordiæ mala expellenda.

SApientes pacis cauſa bellum gerunt: laborem ſpe otij ſuſtentant.

MAgnæ curæ magna merces eſt.

DOmum aut villam extruere,

eamq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

eamq; ſignis, aulæis, alijſq; operibus exornare, & omnia potiùs quàm ſemet viſendum efficere, id eſt, non diuitias decori habere, ſed ipſum illis flagitio eſſe.

II, quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem ſine ſcorto quieſcere mos eſt: vbi animum, quem dominari decebat, ſeruitio oppreſſère: nequaquam eo poſtea hebeti, atq; claudo, pro exercitio vti volunt. Nam imprudentia pleraq; & ſe præcipitant.

PLeriq; mortales ad iudicaudum ſatis ingenij habent, aut ſimulant: veruntamen ad reprehendenda illorum facta, aut dicta, ardet omnibus animus.

F I N I S.

τῷ Θεῷ δόξα.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

HAFNIÆ,

Impreſsit Laurentius
Benedictj.

1 5 8 2.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

2115.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)

2115.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2115 8° (LN 1068 8° copy 2)